DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE

CHARTA BLANCA.

QUAM,

ANNUENTE NUMINE SUMMO,

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JACOBI PERIZONII,

HISTORIARUM, ELOQUENTIAE, ET GRAECAE LINGUAE, UT ET HISTORIAE PATRIAE, PROFESSORIS PUBLICI;

NEC NON

Ampliſſimi Senatus Academici Conſenſu,

& Nobiliſſimæ Facultatis JURIDICÆ *Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summiſque in utroque Jure Honoribus & Privilegiis ritè ac legitimè conſequendis,

Defendet

GOTTFRIED BENEDICTUS CARPZOV. Lipſienſis

d. 28. Octobr. 1707.

H. L. Q. C.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LUGDUNI BATAVORUM.

Apud ABRAHAMUM ELZEVIER, Academiæ Typographum. M. DCC. VII.

61

Digitized by Google

Digitized by Google

B. C. D.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS. DE

CHARTA BLANCA

Caput Primum.

De Definitione, tum Nominali, tum Reali.

§. 1.

Interpretationem promittentibus inconveniens erit, omiſſis initiis atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim manibus, protinus materiam Interpretationis tractare, inquit JCtus, quem benevolentiæ ſignificandæ gratia, Noſtrum, Imperator Invictiſſimus in §. 6. *Proœm. Inſt.* appellitat, Gajus *in l.* 1. *ff. d. O. J.* Cujus nos moniti memores, ſuccinctam *de Charta Blanca* acturi verborum præmittimus tractationem, in eorumque origines atque ſignificationes curio-

A 2

rioſius inquirimus, cum Rei cuidam operam daturum prius noſſe oporteat, unde nomen illius rei deſcendat, Summi ingenii vir, uti appellatur *in l. un. §. 9. C. d. Caduc. toll.* Ulpianus ait *in l. 1. ff. d. J. & J.* Iſtæ namque præfationes & libentius nos ad Lectionem propoſitæ materiæ producunt, & cum ibi venerimus, evidentiorem præſtant intellectum. *l. 1. ff. d. O. J.*

§. 2. Chartæ vocabulum originem ſuam unde ducat, Autorum in diverſas ſemitas digredientes ſunt ſententiæ. Alii in Apellarum lingua ejus incunabula ponunt, illiusque infantiam in voce חרט *exaravit*, fovent. Alii ex largiſſimo illo & perenni omnium artium & ſcientiarum fonte, Græcia, manaſſe illud, ſunt, qui putant. Græcum namque vocabulum ὁ χάρτης totidem propemodum literis latinum, Chartam, Græca pronunciatione in Latinam mutata, loquitur. Neque quicquam nos movere debet, quod Maſculum genus in Græco præferat, cum in Romano Sermone fœmineo ſit addictum. Multa enim tibi occurrent vocabula, quæ deflectunt à primorum ſuorum generibus, quorum non exiguum coacervavit numerum *Georg. Paſor. Lexic. Græco-Lat. in Nov. Teſtam. ſub voce* Μαργαρίτης. Quibus non immerito quinquaginta iſtos Libros, in quibus omne Jus antiquum collectum eſt. §. 4. *Proœm. Inſt.* Pandectas accumulamus, quas in fœminino genere Latinus effert, licet ὁ πανδέκτης in Maſculino, Græcus pronunciet. Ὁ χάρτης autem à verbo χαράσσω. ſ. χαράττω, *imprimo*, *incido*, quia literis χαράσσεται, *inſcribitur*, deſcendit. *Schrevel. Lexic. Græco-Lat. hac voc.*

§. 3. Chartæ denominationem exinde ortam opinatur Scaliger, quod Antiquitas veneranda, Epiſtolarum frontibus, χαίρειν, inſcribere fuerit aſſueta. Χαίρειν ſc. quod lætari, gaudere, delectari, denotat, quod à χαιὸς, bonus, illuſtris, & hoc à Dorica χάω, capio, quoniam acceptabile bonum eſt, & voce ἄρω, apto, adopto, congruo, cum lætemur bono apto, propullulat. *Conf. Cellar. Fabr. emend. ſub voc. Charta. p. m. 554. Lit. C.*

§. 4. Chartam autem præparari tunc temporis cœptam eſſe, veterum nobis Hiſtoriarum fides tradit, quo Magnificus ille, terrarum Orbis, qua in Orientem vergit, victor & Triumphator, Alexander. M. Urbem in feraciſſimo Ægypti ſolo ſibi cognominem extrueret; inveniebatur enim in limoſa Nili ripa frutex, Papyrus, de quo etiamnum noſtrum Papier denominatur, appellatus, cujus tunicas, quas ut cepe habebat plurimas, acu dividentes, chartas conficiebant. *Conf. L. 52. §. 6. ff. d. Leg. 3.* Mentionem amplius Papyri prudentiſſimus *L. 11. C. d.*

quaſt

quæſt. Ulpianus facit *in L.* 55. §. 5. *ff. d. Leg.* 3. Qua ratione chartas præparaverint antiquitus, ſolertiſſimus Naturæ Indagator tradit *Plinius Hiſtor. Natur. Lib.* 13. *cap.* 17. ubi varia quoque veterum Chartarum genera recenſet.

§. 5. Charta alia in Jure appellatur Pura, alia ſcripta. *l.* 52. §. 4. *l.* 76. *ff. d. leg.* 3. Mentionem itidem Chartæ facit *l.* 4. *ff. d. bon. poſſ. ſec. Tabb.* ubi quædam Nova vocitatur, quædam Deleticia nuncupatur, quæ ſc. raſa eſt. *v. gloſſ. ad h. l.* Græci παλίμψηστον efferunt. Hinc Romanæ Eloquentiæ Princeps *in lib.* 3. *Ep. Fam.* 5. Quod in Palimpſeſto (ſcripſeris) laudo equidem Parſimoniam, ſed miror, quid in illa charta fuerit, quod delere malueris. Quædam Opiſtographa ſalutatur, ab ὄπισθεν, retro, & γράφω, ſcriptura. Cujus vocabuli hanc derivationem non infallibilis ſuppeditat Gloſſa *ad d. l.* quod ſc. dicatur, ab opibus & graphia, quaſi ſcriptura ſuarum opum. Charta itaque quæ etiam in tergo ſcripta fuiſſet, Opiſtographa fuit appellata. Et qui tam à facie, quam à tergo ſcripta exarabant, in Opiſtographo ſcripſiſſe dicebantur. *Coraſ. Miſcell. Jur. Civ. Lib.* 1. *cap.* 18. *p. m.* 45. ubi cum ſingularis Eruditionis viro, ut Alciatum honorat, exiſtimat, Opiſtographa eſſe Adverſaria ſive Tabulas tumultuarie confectas, quæ ſummatim conſcribuntur, ne res memoriæ excidant. Id quod tamen illis, & recte, improbat *Joh. Calvin. Lex. Jurid. voc. Charta Opiſtographa pag.* 179. *a.* Cujus enim Plinius *in Ep.* 5. *Lib.* 3. Libros ab avunculo ſuo editos, recenſens, ita ad Marcum ſcribit: Electorum Commentarios Centum ſexaginta mihi reliquit, Opiſtographos quidem & minutiſſimis ſcriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Quo ipſo indicat Excerptorum illorum numerum in duplum excreſcere, ſi à facie membranarum tantum fuiſſent ſcripta. Theodorus quoque Hermopolites, quem *Dyon. Gothofredus in Not. ad d. L.* 4. *π. d. bon. poſſ. ſec. Tabb.* citat, λύδιν ἐπισθόγραφον appellaſſe dicitur, Apocham ſcriptam à tergo Chirographi.

§. 6. Opiſtographa ejuſmodi tota die occurrent oculis tuis, dummodo ad mercantium Cambii bene attenderis literas. Iſtæ enim Tertio ſæpe ceduntur, ad pecunias exigendas. Cum vero Remittenti non ſemper conſtet, quis ille ſit, cui committi poſſit exactio, receptum eſt, ut remittens in dorſo cambii ſcribat mandatum de exigendo cambio, & ſpatium aliquod relinquat, cui præſentans inſcribat, quis exigere cambium debeat; & hoc vocant indoſſiren, quaſi in dorſo Cambii

bii ſcribere, quod ſi aliquoties perſonæ mutentur, Wann die indoſſimenten vielfältig multipliciret und fortgeſchrieben werden / id appellare ſolent giriren. *Illuſtr. Dn. Stryck. de Cautel. Contr. Sect.* 3. *cap.* 5. §. 23. *p.* 523.

§. 7. In *L.* 3. §. 10. *ff, d. Penu leg.* offendimus Chartam Epiſtolarem, quæ conſcribendis forte deſtinata erat epiſtolis, quæ nobis Poſtpapier audit, item Chartas ad ratiunculam vel ad logarium paratas, quas rationes breviarias Scævola vocaverat *in L. f. ff. d. pec. leg.* & adverſaria, quæ deſcribendi cauſa, quod quotidie in victualibus expendatur, quale eſt, quod Diurnum appellatur, intellexiſſe videntur. *v. Gl. & Gothofredus ad dd. LL.*

§. 8. Quid, ſi etiam Chartas Luſorias adjiceremus? Sed omnia de Charta, quæ commentari poſſent ſi recenſere vellemus, pluribus & ſpacioſiſſimis clepſydris opus foret, ea gratia ad perſcrutanda ea, quæ ad vocabuli Blancæ cognitionem faciunt, nulla interpoſita mora nos accingimus. Aſt væ miſero mihi!

---- ---- ego perditus enſem
Heſurum jugulo jam puto jamque meo.

Videre enim mihi videor acerrimorum Latinæ Linguæ elegantiam atque præſtantiam mordicus defendentium turmas capiti imminere meo, mihique ambigua triſtiaque cuncta minari, quod inſolentem iſtam voculam, voculam impuram, ineptam, barbaram, Plutoniſque familiæ adſcribendam, in medium arroganter proferre non erubeſcam. Sed veniam impertite, boni viri,

A culpa facinus ſcitis abeſſe mea.

In Idoli quidem veſtri Tullii ſcriptis Blancæ voculam non reperiri haut negaverim, interim tamen ſequacium temporum uſus, qui ſuam in vocabula quoque exercet tyrannidem, ſatis pro me pugnat, fortiterque me defendit. Juris ſane Doctorum, qui rei magis gravitati, quam verborum puritati navare ſolent operam veſtigiis ego inhærere laudi mihi dico.

§. 9. Vocabulum itaque Blancus ab illa diverſarum linguarum vocabulis permiſta atque confuſa loquendi ratione, qua elata Francica utitur natio, in lucem prodiiſſe conſtat. Blanc enim Francorum lingua album ſignificat, & dehinc Blanc-ſigné, ſigillo munitam tabulam albam.

§. 10. Solennis alias eſt hæc dictio vagabundæ Zyngarorum colluviei. Fratrem enim blancum aut blancam ſororem errones iſti nominant,

nant, quando ex manuum inſpectione ſingulos indicaturi eventus, anilibus ſuis nugis, mendaciis atque fabellis ſimplicioris plebeculæ loculis, ſcriniis & caſulis inſidias ſtruere annituntur.

§. 11. Sequiori etiam ſexui Blanca vox pro proprio inſervit nomine. Hinc ſummus Friburgenſis JCtus Udalr. Zaſius *in Orat. Funebri Blanca Mariæ Conjugis Cæſareæ Maximiliani* in iſtæc verba erumpit: His tam præcellentibus ſtemmatis ſua quoque pulchritudinis dona natura adjecit: inſigni enim formæ venuſtate Princeps noſtra, totiuſque & corporis & membrorum elegantia mirifice enituit, ut ſicut nomine, ita & veritate rei Blanca Maria, id eſt, pulchra diceretur.

§. 12. Charta blanca alio nomine Charta bilanca, Blancetum ein Blanquet, audit. Aut ſi dignitati atque ſplendori Latini ſermonis reſtituere malis, eam per Chartam albam, folia alba, chartam vacuam, expreſſeris, aut ſi tropico aliquo dicendi genere efferre ames, Chartam virginem nuncupare non impedieris. Utut per chartam virginem alias Originale, quod dicimus, intelligatur, Charta ſc. quæ nondum transſcripta eſt. Hinc Martialis:

Cuſtodit ipſe virginis pater chartæ.

Parere enim dicuntur chartæ cum ex iis exempla ſumuntur. *Beſold. Theſaur. Pr. voc. Charta planca.* obſervat, quod per phraſin iſtam; porrigere folium album ſeu chartam albam, idem indigitetur, ac Sich auf Gnad und Ungnad ergeben / und einen ein blat zuſtellen / darauf er ſchreiben mag / was er will.

§. 13. Grammaticos autem nunc præſtat claudere rivos. Plura enim dici non attinet, cum ex iis, quæ in medium ſunt allata, ſatis aſſequi poſſimus, quid Charta, quid Blanca indicet. Quocirca reali Definitioni, quæ quidem in Jure Civili periculoſa eſt, *l.* 202. *ff. d. R. J.* intentos nos eſſe oportet. Quæ talis eſto:

§. 14. Charta Blanca eſt Charta qua ſubſcribens nomen ſuum & ſigillans obligatur ad hoc, ut, ſi quid aliquando ſupraſcriptum fuerit extenſe, valide ex ea conveniri poſſit.

Ca-

Caput II.

De Diviſione.

§. 1. Totius in ſuas partes reſolutionis, quam diviſionem ſeu dividuitatem, quo ſenſu vocem iſtam Gajus uſurpat *in l.* 80. §. 1. *ff. ad l. Falcid.* uſum non eſſe exiguum, haut infrequentibus in Juris ambitu docemur veſtigiis. *vid. tot. tit. ff. Si pars hared. pet. Tit. Fam. hercisc. Commun. div. Fin. reg. l. 2. ſeqq. ff. d. V. O.* Bene enim doceri, ſi bene diſtinguatur Philoſophorum eſt ἀξίωμα. Cujus nos memores, in quas ſpecies diduci Charta Blanca poſſit, conſiderabimus.

§. 2. Hinc ratione Cauſæ Efficientis, Voluntariam aliam deprehendimus, quam ex libera voluntate quis exhibet; aliam Neceſſariam ſive coactam quam quis contra voluntatem exhibere cogitur. Ut ſi e. g. hoſtis eo armis adigatur, ut ſolium porrigere album victori illum oporteat, quo pacis conditiones ſuo ex arbitrio ſuperſcribere poſſit, honeſtam eam eſſe cogendi rationem non ambigendum; Sin autem metu adacto aut dolo inducto charta blanca detorqueatur, inhoneſtos eos cogendi modos eſſe dicendos, quis negaverit? *arg.* §. 1. *J. d. Except.*

§. 3. Publicam porro dicemus Chartam blancam, quam Collegium quoddam aut Univerſitas confecerit, & Privatam, qua ſe obligavit Privatus.

§. 4. Ratione Formæ abit in Abſolutam ſ. Generalem, ubi præter nomen atque ſigillum nihil eſt appoſitum, & Reſtrictam ſ. Specialem, quæ ad certum aliquod negotium eſt reſtricta. e. g. Ad Procedendum, ad Appellationem proſequendam.

§. 5. Alia amplius appellari Cruda poſſit, & eſt proprie ſic dicta Charta Blanca, Alia Exarata s. Extenſa, cui verba obligatoria, ſive contractum ferant, ſive Mandatum, ſunt ſuperſcripta, & vocatur abuſive Ein richtig extendirt Blanqvet.

§. 6. Divortium rurſus ratione Finis facere videmus Judicialem, qua negotium aut cauſam coram judicio tractandam committimus, ab Extrajudiciali, quæ ad negotium aliquod extrajudiciale, e. g. contractum perficiendum, exhibetur.

§. 7. Aliam denique Licitam nuncupaverimus quæ licitam honeſtamque cauſam reſpicit, aliam Illicitam, quæ turpem inhoneſtamque rem actionemve concernit.

Caput

Digitized by Google

Caput III.

De Cauſa Efficiente.

§. 1. LIterarum ſecreta, viri pariter ac fœminæ ignorant; de cordatæ illius ſemperque ſibi conſtantis gentis, Germanorum moribus, Maximus Autor, & omni laude dignus, ſed omni major, Cornelius Tacitus pronunciat *Cap.* 19. Proinde non incongrue *Lehmannus in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 21. de Germanis prædicat, eos olim teſtato i. e. coram teſtibus contraxiſſe, liteſque ſummatim & compendioſa via ſopiviſſe. Perſpicue noſtris ſiſtitur hic oculis apertam integritatem, ſimplicem animum atque purum, nulla ſimulationis arte obductum, nulla invidiæ ac malevolentiæ labe ſuffuſum, excellentiores apud populum iſtum edidiſſe effectus, quam obligationi hodie, operoſo licet molimine, multis cautelarum ſpeculis, clauſularumque caſtris munitæ, tribuere poſſis. Longiore quippe procedendi modo ex πλεονεξίας curiæ Papalis, & inſatiabili Pontificum aviditate, *ut Dn. Schilter. loquitur Exerc.* 13. *th.* 3. introducto atque recepto, incerta fere & inexpedita facta ſunt nomina. Nec enim deſunt, *ait Jac. Curt. Conject. lib.* 3. *c.* 20. qui illa pro lucro & inter artes habent, cauſam ex cauſa quærere, diem de die trahere, & credulum ac pendentem vana ſpe ludere, ad extremum, ubi ſerio rem ages ac ferox incumbes, ad moras judiciorum, tq. ad ſacram anchoram confugere. Et *Arumaeus de Mora Cap. VII. n.* 1. Debitoris proprium eſſe, *dicit*, promtiſſime accipere, teſtudineo autem greſſu ad ſolutionem properare, præſertim ut nunc ſunt mores, eo enim res rediit (ut Comicus ait) ut ſi quis quid reddat, magna habenda ſit gratia. Hinc appoſite *Iuvenal. Sat.* 13.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigioſa fides & Thuſcis digna tabellis
Quæque coronata luſtrari debeat agna.

§. 2. Quæ cum ita ſint, quid mirum, quod omnis hac ætate, data dextra, fidei alias ſymbolo, fides exulat, creditique ſecuritas, quæ in hominum fide non reperitur amplius, in prolixis cauteque circumſeptis ſcripturarum lenociniis, aut pignorum etiam cautionibus quæratur, & plus cautionis in re, quam in perſona eſſe credatur. *l.* 25. *ff. d. R. I.* quod eleganter expreſſit *Martial.*

Cum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis.
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri, Theleſine, ſodali,
Credis colliculis arboribuſque meis.

merito itaque cum Poëta exclamamus:

Candida ſimplicitas ubi nunc probitaſque, fideſque!

§. 3. Neque tamen hominum procacitas hic ſibi figit terminum, longius evagatur, atque inexplebili accumulandarum opum aviditate impulſa, novum eumque rigidiorem alios ſibi devinciendi excogitavit modum. Ita ſane ex Tripode illud Lyricorum Principis, quod *lib.* 3. *Od.* 6. reperitur, profectum videtur:

Ætas parentum pejor avis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Ecce enim rei familiaris anguſtia preſſus accedit ejusmodi non tam generoſum quam pecunioſum, ejusque benignitatem pro ſublevanda ſua fortuna implorat; Quid ille? Rugoſo ſingulis, num tuto locentur nummi, perſcrutatis circumſtantiis ſupercilio, chartam blancam expoſcit, in qua ipſe, quibus velit clauſulis ac conditionibus, obligationem extendere poſſit. Exhibet ille lubens. Pauperies enim, *inquit Horat. l.* 3. *Od* 24.

- - - - *Jubet*
Quidvis & facere & pati.

§. 4. Tantum tamen abſit ut perverſis hominum moribus iſtam Chartarum Blancarum inventionem gratam feramus, ut potius commoditati, cui promovendæ mortalium propago, omni adhibita cura, ſemper laborat, acceptam reddere non ambigamus. Nulla enim iter inopinatum ingreſſurus, nec multum morandi temporis habens, ratione conſulere ſibi poterat melius, quam, quo negotia, in quibus expreſſo opus erat mandato, eo abſente rite peragerentur, ſchedula alba cum nomine atque ſigillo munita relicta. Tam varii enim tamque incerti rerum humanarum ſunt eventus ut omni licet adhibita arte atque ſollicitudine, excogitari atque præſumi vix, ac ne vix quidem ſatisque præcaveri poſſint.

§. 5. Satis ſufficienterque ex modo dictis apparere nunc exiſtimo, ex quotidiana conſuetudine uſuque Chartarum Blancarum utilitatem ad nos manaſſe. Quæ autem in Legibus de illis ſancita reperiuntur, ad compeſcendum utplurimum earum abuſum eſſe directa.

Caput.

Caput IV.

De Subjecto.

§. 1. Subjectum conſtituunt Perſonæ, quibus chartam blancam exhibere eſt permiſſum. Videamus itaque de his, quæ Charta Blanca ſe obligare aut impediuntur aut prohibentur; nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt: ſimul intelligemus, quibus nihil ſe obligandi impedimenti objiciatur, exemplo Auguſtiſſimi Imperatoris *in pr. J. de his, qui ſui vel al. Jur. ſunt.*

§. 2. Perſona autem illa, quæ aliam ſibi obſtringit Creditor appellatur *l.* 10. *ff. d. V. S.* & quæ alteri obſtringitur, Debitor nuncupatur. *l.* 108. *ff. d. V.* S. Neque quicquam intereſt, ex qua cauſa iſta obligatio dependeat, ſive illa licita ſit, ſive illicita ſeu delictum. *d. l.* 10. *ſeqq. ff. d. V. S.*

§. 3. Ex iis itaque Perſonis, quæ literis chartam Blancam exarare impediuntur, in orchæſtram ſtatim producimus Cœcum. Qui enim oculorum privatus luminibus, auſpicatam nunquam aſpexit lucem, ſed miſeram in tenebris exegit ætatem, vix eſt, ut literarum notulas ducere, ſignaque exprimere ſciat. Qua ratione itaque conſulemus ei, cui oculorum lumen ademtum, cum bona ſua adminiſtrandi liberrimam habeat facultatem? Id quod *Gothofr. ad. N. Leon.* 69. *aſſerit*, cui etiam adjecta reſtrictione præbemus aſſenſum, deſumta ſc. diſtinctione ex *l.* 2. *ff. d. Bon. poſſ. furioſ. infanti &c.* aut enim cœci, quid agatur intelligunt, aut non intelligunt. Qui intellectu fruuntur, communi Jure utuntur. Poſſunt enim & adoptare & adoptari. *l.* 9. *ff. d. Adopt.* poſſunt teſtari *l.* 8. *C. qui Teſtam. fac. poſſ.* poſſunt judicandi officio fungi *l.* 6. *ff. d. Judic.* poſſunt ipſi ſibi procuratorem inſtituere. *Jul. Paul. recept. Sent. lib.* 4. *Tit.* 12. §. 9. Qui autem rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, iis curatores dandi ſunt §. 4. *J. d. Curat.* Sat ergo his Curatorum providentia conſultum. Illi vero qui ipſi ſuas res diſpenſant, ſocietatem inire, fœderaque ſancire cum literarum ignaris tendent. Parile enim illis cum cœcis jugum hac in parte eſt impoſitum, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι; hinc etiam cœcos, mulieres & illiteratos homines, i. e. literarum omnino ignaros conjungit Imperator Leo *in Nov.* 69. Summa proinde requirit æquitas, ut parium par ſit ratio, & ubi eadem

exiſtit ratio, ibi eadem reperiatur Juris diſpoſitio. *l.* 32. *ff. ad l. Aquil. Gothofr. ad d. l. n.* 77. Æquali itaque jure utantur *l.* 8. *C. qui Teſtam. fac. poſſ.* & *l.* 21. *verſ. Quod ſi literas. C. de Teſtam.* Quarum Legum argumentum ad alios quoque, quam ibi continentur, extendi caſus poſſe, nil impedit.

§. 4. Quin in *Ord. Proc. Sax. Tit.* 7. §. **Da auch.** expreſſe ſancitum his verbis: **Wer nicht ſchreiben kan / mags durch einen** *Notarium* **oder ſonſt Gerichtlichen vollziehen laßen.** Quod *in Ord. Recognita* ita ſecundum ſententiam Juris Communis eſt moderatum, ut duo debeant adhiberi teſtes, verba ita habent: **Do einer des Schreibens unerfahren / alſo die Vollmacht ſelbſt zuunterſchreiben nicht vermöchte / ſoll er ſolches / inhalts der Proceß-Ordnung §. Da auch &c. Durch einen** *Notarium* **verrichten laßen / welches dergeſtalt / daſern der** *Notarius*, **die in denen gemeinen Rechten / vorgeſchriebene** *form* **in acht genommen / alſo zweene zeugen hierzugezogen / verſtanden werden ſoll.** *vid. Magnificus Dn. Berger. Elect. Diſcept. Forens. ad d. Tit.* 7. *Obſ.* 2. *Not.* 2. *pag.* 238.

§. 5. Quid autem de eo exiſtimandum erit, qui caſu fortuito in cœcitatis calamitatem eſt detruſus, & tamen ſcribere callet, (ſicut ipſe memini literas mihi aliquando à mihi amiciſſimo, cui adverſa talis deplorando ſane caſu, ſupervenit fortuna, eſſe redditas) ſi chartæ ipſe ſua manu, ſubſcripſerit nomen ſuum, ſigillarique curaverit; An ejuſmodi Blancetum efficaciæ valoriſque cujuſdam in judiciis eſſe poſſit? Vereor aſſerere. Jacent enim de illis quibus non eſt literarum peritia Sereniſſimi ac Potentiſſimi Legumlatoris verba clariſſima, quorum atque cœcorum eandem eſſe rationem monſtratum modo ivimus. Quin & *L.* 21. *C. d. Teſtam.* octavum præciſe teſtem, qui pro literas ignorante teſtatore ſubſcribat, efflagitat, neque iſtam forte alternationem ſubdit; Niſi teſtator literas neſciens, per alios ſibi manus duci & quaſi portari malit. Quid, quæſo, autem eſt aliud, Cœcus ſcribat aut rudis ejusmodi aliena opera literulas pingat? Alienis enim an, & quid ſcribatur, vident oculis, an recte fuerit ſcriptum utrique neſciunt. Lege itaque non diſtingvente, nec noſtrum erit diſtinguere. *L.* 3. *ff. d. Off. Præſ. N.* 8. *c.* 12.

§. 6. Me quidem non fugit eſſe Doctorum quoſdam, qui propria dexteritate, an aliena adjutum ope ſcribere non eſſe diſſimilia ex *L. ſ. C. d. Teſtam.* evincere allaborant, quos allegat & ſequitur *Andr. Gerbard. Diſp.* 2. *d. Solenn. Teſtam. Th.* 84; *Joh. Harpr. in* §. 4. *n.* 137. *ſeqq. J. d. Teſtam. ordin.* quibus quo-

quoque album adjicere videtur lapidem *Wehnerus in Epiſt. Dedicator. Practicar. Jur. Obſervat.* Legimus, *inquit*, cœcos quoſdam Germanicam ſcripturam optime didiciſſe. Tabulam ex lapide Porphyrite, auro, aliove metallo confici ſibi curarunt, cui inſculptæ erant omnes literæ ad ſcripturam neceſſariæ de A. B. C. ad uſque Z. Poſtea ſumto ſtylo ferreo, acuto & ad id affabre facto, ut libere duci ac trahi poſſet, per omnes illas literarum ſculpturas: Cœci illi toties manum ſuam per literas iſtas exercebant, donec uſu & ductu tabulæ literarum formam, de prima ad ultimam ſatis apprehendiſſent, attenteque memoriæ conſecraſſent, ita ut etiam in alia re, quam in tabula literas pingere poſſent. Quo facto poſt diuturnam exercitationem didicere, etiam conjungere & connectere literas, ſyllabas exprimere, vocabula ſcribere, uſque dum denique omnia, animi ſui propoſita, non minus ac ſi oculis, viſuque præditi eſſent, per pennam, hoc eſt, per ſcripturam, prodere poſſent. Qua forma ſcripturam addiſcendi res eo devenire poſſet, ut occaſio inde emergeret limitandi *L. Hac Conſultiſſima.* 8. *C. Qui Teſtam. fac. poſſ.* Rectius tamen poſt Baldum Gothofr. ſentit *ad L. pen. ff. qui Teſtam. fac. poſſ.*

§. 7. Cœcum comitetur Impubes. Impubes autem ille vocatur, qui ad Pubertatis annos, & genitalia, ut ille vocat, tentamenta nondum proceſſit. Circa pubertatis annum definiendum tres cohortes veteres JCti conſtituerunt. Refert eos *Ulp. Tit.* 11. §. 28. Caſſiani enim, eum puberem eſſe dicebant, qui habitu corporis pubes apparebat, i. e. qui generare poterat; Proculeji autem eum, qui quatuordecim annos expleverat; Alii συγκεντίζοντες, qui Priſcum ducem habebant, eum Puberem affirmabant, in quem utrumque concurreret, & habitus corporis & numerus annorum. Habitum corporis autem, per turpem ejus inſpectionem, inveſtigabant, de qua Cicero 4. *Tuſculan. in fin. ait:* Flagitii Principium eſſe nudare inter cives corpora. Et vehementer in eam invehitur *in Lib.* 1. *d. Offic.* Proinde Imperatoria Majeſtas, dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum exiſtimans, bene putavit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ſancta ſua Conſtitutione promulgata *in L. f. C. quand. Tut. vel Curat. eſſe deſin.* pubertatem in maſculis poſt decimum quartum annum completum illico initium accipere diſpoſuit: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam in ſuo ordine relinquens, ut poſt duodecim annos completos viripotentes eſſe credantur. *pr. I. quib. mod. tut. fin.* (Quod fœminæ citius pubeſcant, quam mares, hanc rationem ponit Duarenus

ad Tit. C. de Ven. at. Quod mala herba citius creſcat; neſcio an verum.) Quod in hoc Principio de Inſpectione corporis additur, ad Triboniani errores nonnulli referunt, quoniam nunquam Romæ tale quid in uſu fuerit, defenſus tamen à *Ludwell. ad d. pr.* Quin & ejus veſtigia in Saxonum Conſuetudinibus offendimus LandR. *Lib.* 1. *art.* 42. *verb.* Welches Mannes alter man nicht weiß / hat er haar in dem bart / und danieden am bauch / und unter ieglichen arm deßgleichen / ſo ſoll man wißen / daß er zu ſeinen jahren kommen iſt.

§. 8. Ætatis itaque mutationem in fœminis quidem per ſenarium, in maſculis autem per ſacrum illum, multiſque in Jure modis ſolennem Septenarium contingere exiſtimarunt JCti. Homo primo currente Septennio Infans appellatur. *L.* 18. *C. d. Jur. delib.* cum altero Septenario Pueritiam ingreditur, quæ ſecunda dicitur ætas, ſicut infantia prima, *in L.* 30. *C. d. Epiſcop. audient.* In eaque vel Infantiæ proximus ſ. Major dicitur. §. 9. *I. d. inut. ſtip.* vel Pubertati proximus §. 18. *I. d. Obl. quæ ex del.* In diſcernendo autem eorum annorum numero varie deſudant Dd. Quinque eorum opiniones diſcrepantes recenſet atque confellit. *Ioh. Gœddæus de Contr. & Committ. ſtip. Cap.* VII. *n.* 182. *ſeqq.* Veriorem tandem cum *Vigl. Zvichemo*, *Didaco Covarruv. Ioh. Coraſ.* & *Menoch.* Quantis viris! opinionem eorum dicit, qui hoc æſtimandum ad arbitrium boni viri h. e. Judicis, remittunt. §. 204. Atque hanc ſententiam poſt *Carpzovium* amplectitur quoque *Dn. Mencke Tr. Syn. Inſt. de Inutil. Stip. pag.* 114.

§. 9. Cum Tertio Septennio poſt Pubertatem Adoleſcentiam ordimur; *In qua homini vernant dubia lanugine malæ*: eoque emenſo Major homo dicitur, liberrimamque ſuarum rerum recipit adminiſtrationem.

§. 10. Septennalis quidem hic Majorennitatis terminus, qui vigeſimo primo ætatis anno terminatur, incognitus eſt Juri Civili, à quo uſque ad viceſimum quintum annum completum extenditur. *pr. I. d. Curat.* Interim tamen apud Saxonum gentem in obſervantia eſt. LandR. *Lib.* 1. *art.* 42. LehnR. *c.* 26. In terris enim Saxonicis maturius aliquanto ſapiunt homines, ac propterea majores ſtatim dicuntur completo 21. anno, *inquit Carpz. P.* 2. *Conſt.* 11. *D.* 9. *n.* 2. Sed hoc cujuſque relinquimus conſcientiæ.

§. 11 Qui itaque primorum ſeptem annorum ſepe circumſeptus adhuc eſt, neutiquam obligare ſe poterit Chartæ blancæ ſcriptione. Quî

enim

enim ille obligetur, cujus vel ipſum nomen Infantis indicat, eum expedite ac ordinate fari non valere? *arg. l.* 70. *ff. d. V. O.* nec minutiſſimum ſermonis intellectum habere? §. 10. *J. d. in util. ſtipul.* Qui poſſit ille teneri, quem conſilii innocentia tuetur? *l.* 12. *ff. ad L. Corn. d. Sicar.* Qui devinciatur, qui, quicquid videt, ignorat? *l.* 1. *C. d. falſ. monet.* Qui contrahere queat, qui non ſentit? *l.* 33. §. 1. *C. d. inoff. Teſtam.* qui enim ſentire non poteſt, non videtur conſentire. *l.* 8. §. 2. *ff. d. Opt. vel Elect. leg.* & actum rei non intelligit. *l.* 5. *ff. d. R. J.* Imo infantes non multum à furioſo diſtant, ceu loquitur Imperator *in* §. 10. *J. d. inutil. ſtip.* Et Græci propterea infantem & ſtultum uno nomine complectuntur, νήπιον, utrumque denominantes. Summusque Ariſtoteles, ſapiensque Seneca, non magis infantem, quid agat, intelligere, putant, quam pecora. *Henning Arniſæus de Jure Connub. Cap.* 2. *Sect.* 2, *n.* 3.

§. 12. Neque in meliore conditione in altero Septennio ætatem agens, Pupillus eſt. Illud quidem eſt verum, quod abſque tutoris autoritate contrahens, alterum ſibi obliget. §. 9. *J. d. Inutil. Stip. l.* 19. *ff. d. R. J.* ipſe vero non obligatur, ne naturaliter quidem. *l.* 59. *ff. d. O. & A.* cum conditionem quidem ſuam facere meliorem, non autem deteriorem abſque tutoris autoritate poſſit. *pr. J. d. Auctor. tut.* Sunt enim iſti homunculi imperfectæ ætatis §. 6. *J. d. Attil. Tut.* nullum eorum animi judicium eſt §. 1. *J. quib. non eſt perm. fac. Teſtam. l.* 12. §. 2. *ff. d. Judic.* & nullam voluntatem habent *l.* 40. *ff. d. R. J. j. l.* 9. §. 7. *ff. d. R. C.* imo negligentiores reputantur *Carpz. in Proc. Tit.* 7. *art.* 2 *n.* 17.

§. 13. Prodi nunc forâs Minor, qui tertiam vitæ tuæ agis Periodum, tertiumque ſeptennium nondum emenſus es, ſique Charta Blanca te obligare tendis, curatorem tecum adducere curato. Curatoris enim ſine conſenſu obligatio tua ipſo Jure erit nulla. Olim quidem jure civili etiam poſt L. Lætoriam (quam Plætoriam, qua vindicatur circumſcriptio Adoleſcentium, Cicero vocat *lib.* 3. *d. offic.* Et quinam vicennariam Plautus dicit, quoniam ea lex Lætoria, ne quis minori annis quinque & viginti mutuo quid daret, vetabat, & qui dediſſet, nullum jus repetendi haberet. Hinc Callidorus adoleſcens conqueritur apud eum in Pſeudolo *Act.* 1. *Sc.* 3. *ꝟs.* 68 *ſeq.*

Perii! annon tum lex me perdit quina vicennaria?
Metuunt credere omnes &c.)

Minores in viti non tenebantur recipere curatores §. 2. *J. d. Curat.* Et ſic

ſic hos non habentes contrahendo valide ſe obligare valebant. Eam autem ob cauſam invitis non obtrudebantur Curatores, quoniam eo tempore exiſtimatio accipientium Curatores ſugillabatur, qs. prodigorum & rebus ſuis non recte conſulentium *Ulp. tit.* 12. Et iniquum injuriumque exiſtimabatur, ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem. *l.* 2. *ff. Si à Par. quis manum. ſit.* cum ſuæ quiſque rei liberrimus ſit moderator atque arbiter. *l.* 21. *C. Mandat.*

§. 14. Sed ita obſervabatur quidem de jure antiquo. De Jure Juſtinianeo autem idem aſſerere prohibet *l.* 1. §. *f. ff. d. Min.* ubi Ulpianus ὁ κράτιστος, ceu appellatur *in l.* 2. §. 5. *ff. qui pet. tut. inquit*: Hodie in hanc uſque ætatem (ſc. uſque ad completum annum 25.) Adoleſcentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debebit, quamvis bene rem ſuam gerentibus. Idque naturalis æquitatis ratio expoſcit, cum inter omnes conſtet, fragile eſſe & infirmum hujusmodi ætatium conſilium, multorum inſidiis expoſitum, ut idem ait *in d. l.* 1. *pr.* Olim itaque curator ad actus legitimos magis dabatur, quam ætati; hodie vero magis ætati quam actui. *l.* 3. §. 1. *ff. d. Tutel. Gothofr. in not. ad l.* 1. §. *f. ff. d. min.* Curatores avtem ſibi ipſis petunt minores. *l.* 2. §. 5. *ff. qui pet. tut. vel cur.* Sed in judicio ſive litem intendant, ſive excipiant Curatorem illis conſtituit Prætor, etiam nolentibus §. 2. *J. d. Curat.* cum legitimam ſtandi in Judicio per ſe perſonam non habeant *l.* 2. *C. qui legiti. per: ſtand. in jud:* Alias minoribus agentibus aut conventis adverſarius eluſorio læderetur judicio, cum ſententia adverſus minores indefenſos lata nullius momenti ſit. *l.* 54. *ff. d. Re jud.* Nequaquam itaque minori curatorem non habenti perfecta bonorum ſuorum adminiſtratio committenda, niſi forte extra ordinem à Principe eam impetraverit. *l.* 1. *& t.* 7 *it. C. d. his qui ven. æt. impetr.* ut ut eam Princeps facile concedere non ſoleat. *l.* 3. *pr. ff. d. Min.* & quidem non, niſi poſt viceſimum ætatis annum. *l.* 2. *C. d. his qui ven. æt.* morum inſuper honeſtate, animi probitate, vitæ honeſtioris mentiſque ſolertia, cum cura penſitata atque examinata. *d. l.* quo facto libere cum quovis, perinde ac ſi majores eſſent contrahere poſſunt. Neque ullum ſentient incommodum, qui cum illis contrahunt, cum contrahant Principe autore. Cautius autem non contrahitur quam Principe autore. *Perez. ad C. de his qui ven. æt. n.* 5.

§. 15. Quod ad Praxin modernam attinet, ex generali quadam (verba ſunt *Andr. Gail. Lib.* 2. *Obſ.* 96. *n.* 1.) ubique locorum recepta conſuetudine, præſertim in Germania, officium adminiſtrationis, & per

con-

Digitized by Google

conſequens periculum futuri temporis continuatur & porrigitur uſque ad legitimam ætatem adultorum, puta 25. annos: nam qui ſemel legitime dati ſunt tutores, iidem & curatores permanent, & rebus minorum præſunt uſque ad majorem ætatem. De obſervantia Saxoniæ, ubi minorennitatis terminus vigeſimus primus annus eſt, teſtatur *Carpzov. Juriſpr. Forenſ. P. 2. C. 11. d.* 10. Quin imo nec ſpeciali aliquo nomine utuntur Germani, quo Tutores atque Curatores diſcernant, ſed communi eos nomine **Vormünder** / appellant. *Reform. Polit. de ao.* 1548. *Tit.* **Von der Pupillen und Minderjährigen Kindern** Tutorn **und Vormündern.** *Et de anno* 1577. *Tit.* 37. **LandR.** *art.* 23. *Lib.* 1. *P.* 2. *Conſt. El.* 15. *Dec. El.* 41. Sicuti etiam Curator Græca ſpeciali voce efferri non poteſt, ſed æque ac apud Latinos *κυράτωρ* dicitur, quod patet ex *l.* 1. §. 1 *verſ.* Ἐὰν δὲ §. 3. *ff. d. Confirm. Tut. l.* 2. §. 4. 5. *ff. qui pet. tut.* & paſſim. Notabilis hanc in rem Textus eſt in *l.* 1. *ff. d. Excuſ.* Herennius Modeſtinus, Ignatio Dextro S. Conſcribens librum, ut mihi videtur, utiliſſimum, quem Excuſationem tutelæ & curatoriæ vocavi, hunc tibi miſi. Faciam autem, quoad poſſibile erit, de his doctrinam manifeſtam, enarrans legalia Græcorum voce, *εἰ καὶ οἶδα δύσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς.* Quæ verba Latinus interpres inſulſiſſimus (ut invehitur in eum *Gothofr. in not. ad d. L.*) ita effert: Etſi cognovero, inepta ea ad transferendum eſſe. Id quod & alia ſatis indicant vocabula e. g. *πριμιπιλάριος* in *l.* 8. §. 12. *ff. d. Excuſ.* *λιβράριος*, *καλκυλάτωρ l.* 14. §. 5. *d. t.* *ἴνκολαι l.* 35. *π.* ad *Munic.* *λεγατάριος l.* 2. §. 3. *π. qui pet. tut. vel cur.* *ναυφράγιον l.* 9. *ff. d. l. Rhod. d. Jact.*

§. 16. Ex dictis facile nunc poteſt concludi Minorem Chartam Blancam exhibere non poſſe, cum libera rerum ſuarum illi non concedatur adminiſtratio, quæ per Curatoris dationem illi adempta eſt. *l.* 1. *ff. d. Curat. Furioſ.*

§. 17. Proruat nunc Furioſus. Varias Animi morborum eſſe ſpecies, tum quotidiana edocemur experientia, tum variorum ſcriptorum confirmamur commentatione. Hinc depravata læſæ mentis functio alia *φρενῖτις*, alia *παραφροσύνη*, alia *παράνοια*, alia *μώρωσις*, alia *λήθη* audit. Singulas has ſpecies recenſet prolixius, earumque ex quibus morbus propullulet cauſas proſequitur *Joh. Gœdd. d. Contr. & Comm. Stip. Cap.* 7. *n.* 100. *ſeqq.* Apud JCtos autem noſtros ad diverſas eas ſpecies non attenditur, ſed Medentium foro, quod etiam conſultius eſt, relinquendas eſſe, fortaſſis exiſtimaverunt. Phrenitin enim illi, furorem, dementiam, amentiam *συνεκδοχικῶς* confundunt, unum vel alterum, pro omni-

C bus

Digitized by Google

bus amentiæ ſpeciebus exempli qs. cauſa uſurpantes, veluti in *l.* 32. §. *6. π. d. uſu & uſufr. leg. l.* 48. §. 1. *ff. d. leg.* 2. *l.* 7. §. 2. *ff. d.* C*ur. fur. l.* 1. §. 9. *ff. d. Ædil. Ed. l.* 14. *ff. d. off. Præſ. l.* 9. *C. qui Teſtam. fac. poſſ. l.* 2. §. 5. *π. ſi quis cant. injud.* & quamvis videantur ab invicem diſtingui in *l.* 25. *C. d. Nupt.* & *l.* 28. *C. d. Ep. audient.* mox tamen pro eodem ſumuntur eidemque juris deciſioni ſubjiciuntur. *Gædd. c. l. n.* 97. *&* 98. Stultos quidem & moriones & mente captos, quos etiam dementes, inſanos & fatuos vocant, cum furioſis non ſub eadem claſſe locandos eſſe monet *Cicer.* 3. *Tuſcul.* cum plurimum inter ſe differant; & quoad ſtultos præcipue obſtaculo nobis eſt *l.* 9. §. 5. *ff. d. Iur. & Fact. ign.* ubi Paulus reſpondet: Non ſtultis ſolere ſuccurri ſed errantibus. Verum ſi in duplici ſenſu ſtultitiæ voculam accipiamus, uno ſc. ut idem ſit quod temeritas, altero vero ut morbum animique vitium deſignet, nihil *d. l.* nobis officiet. Si in Temeritatis ſenſu inſpexeris, ſtultitiam etiam committi à prudentiſſimis ſapientiſſimisque quandoque videbis. Ovidius quando id conqueritur quod Amorum Libros ſcripſerit, de ſeipſo canit *Triſt. Lib.* 1. *El.* 2. *verſ.* 100.

Stultaque mens nobis non ſcelerata fuit.

Imo nimia ſapientia plerumque ſtultitia eſt, & nimia prudentia frequentius in imprudentiam degenerat. Sicuti enim ferrum nimis acutum cito facileque hebetatur, ſic nimia mentis acies facile hebeſcit & languet. Comte de illis ait Comicus in *Andriæ prologo verſ.* 17.

Faciunt næ intelligendo ut nihil intelligant.

Germani eos eſſe dicunt Super-Klug. In eo autem ſenſu, quo ſtultitia morbum animique vitium denotat, cum furioſis eodem ſtultos modulo metiri, nemine reſiſtente, poteris. Et talismodi ſtulti æque ut ceteri furioſi, licet majores viginti quinque annis ſint, tamen in curatione ſunt agnatorum ex Leg. XII. Tabb. §. 3. *J. d. Curat. in Fragm. XII. Tabb. Tit.* 18. §. 7. ita ex Cicer. Legis iſtius, cujus *d.* §. mentionem injicit verba recenſentur: Lex eſt, ſi furioſus eſt, agnatorum, gentiliumque in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto. Unde proverbium poſtea natum de furioſo cum dicimus; Hunc hominem ad Agnatos & gentiles deduci oportet, vel Curatoris eget. *Con. Rittershuſ. ad* §. 3. *J. d. Curat.* Et hæc cura licet olim fuerit legitima, hodie tamen dativa eſt. *d.* §. 3. *l.* 1. *ff. & C. d. Cur. fur.* Cum enim propter inhabilitatem Agnatorum ſæpe negligerentur furioſi, & alias magiſtratus cognitio eſſet, utrum quis fere furioſus eſſet, paulatim moribus receptum eſt, ut & his magiſtratus curatores ex inquiſitione darent. *Ludwell. ad d.* §. 3. *pag.* 90.

Digitized by Google

§. 18. Quæ cum ita ſint, quod furioſo detur Curator, curatoris tem datione vel ipſo Jure Rerum adminiſtratio adimatur *l. 1. ff. d. C fur.* actum ageremus ſi longis ambagibus oſtendere tenderemus; F rioſum, mente captum, & ejus farinæ homines Charta blanca devincire ſe non poſſe, nec poſſe quidem etiamſi curatorum ſuorum conſenſum adhibeant. *l. 5. ff. d. R. I.* abſentis enim loco ſunt. *l. 24. §. 1. ff. d. R. I. l. 17. §. 11. ff. d. injur.* & quieſcentis. *l. 2. §. 3. ff. d. Iur. Codicill.* hinc etſi corpore præſentes, mente tamen abſentes ſunt *l. 21. ff. d. Captiv. & poſtlim.* Imo plus illis deeſt quam infantiæ proximo vel pupillo *d. l. 5. d. R. J.* cum mente utantur depravata vel infirma atque ita morboſa aut plane nulla, & pupillorum quidem imperfectum & quotidie augeſcens judicium, tutorum autoritate aut conſenſu legitimo poteſt ſuppleri; depravatum, inſanum & corruptum judicium non item *d. l. 5. ff. d. R. J.* furioſus enim ſuus non eſt *l. 7. §. 9. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur.* & potius medicina & commiſeratione, quam ſupplemento opus habet, ut loquitur *Ioh. Goed. c. l. n.* 110. perpetuo furioſus & impubes judicio carent *l. 12. §. 2. π. d. judic.* non intelligens furioſus & infans & qs. dormiens habetur. *l. 209. d. V. S.*

§. 19. Quoad obligationem autem furioſorum, duplicem eorum conſiderationem habere debemus. Quidam nimirum continua mentis alienatione agitantur, hique charta blanca nullo plane modo ſe obligare poſſunt. *arg. l. 22. §. 7. ff. Solut. matrim. l. 14. ff. d. off. Præſ. l. 12. §. 2. ff. d. Judic. l. 6. C. d. Curat. fur. l. 9. C. d. impub. & al. ſubſti.* Quoſdam vero morbus non ſine laxamento aggreditur, ſed in quibuſdam temporibus quædam eis intermiſſio pervenit. *dd. ll.* Quando igitur perſpicuis furoris gaudent induciis, quam exhibuerint chartam blancam non eſt dubitandum, quin valeat. *d. l. 6. C. d. Cur. fur. l. 9. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 18. §. 1. ff. d. acq. vel am. poſſ.* ubi inumbratæ quietis eſſe dicitur is, in quo quietis umbra potius eſt, quam quies. Neceſſe tamen erit claris illud probationibus adſtruere, furorem eos tunc temporis, cum obligarentur non accendiſſe, ſed dilucidis eos uſos intervallis eſſe. *Menoch. Conſ.* 82. *n.* 220.

§. 20. Furioſis aſſiſtant prodigi, qui à prodigendo i. e. conſumendo dicti, & alias Everſores *à Cajo Inſt. lib.* 1. *Tit.* 8. *l. 2. C. d. Palatin. Sacrar. larg.* & Interverſores *l. 9. C. d. jure Fiſci.* appellantur, atque ab Ulpiano definiuntur, quod neque tempus, neque finem expenſarum habeant, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando profundant *in l. 1. π. d. Cur. fur.* atque male & imprudenter in bona ſua graſſando furioſum faciant exitum *l. 12. §. f. d. Tut. & Cur. dat.* Sed cum expediat Reipubl.

C 2 ne

Digitized by Google

quis Re ſua male utatur §. 2. *J. de his qui ſui vel al. Jur. ſunt.* Curares eis dantur exemplo furioſorum, *l. 1. ff. & C. d. Cur. fur.* etſi enim in hujusmodi hominibus mentis adſit ſanitas, ita ut mentis ſuæ ex ſermonibus videantur compotes eſſe *l. 12. §. 2. π. d. Tut. & Cur. dat.* quæ vel depravata vel imbecillis in furioſis vel mente captis eſt, morum tamen depravatio corrumpit hujus ſanitatis uſum ut inſtar eorum ſint, quibus ipſa mentis functio uel corrupta eſt vel infirma. Quapropter ad hos ea, quæ de Furioſis in Fragmentis LL. XII. Tabb. extant verba applicanda ſunt, & agnatorum gentiliumque pariter poteſtati ſubjiciendi ſunt *l. 13. π. d. Cur. fur. §, 3, J. d. Cur.* Ut autem quis vere pro prodigo poſſit haberi Magiſtratus opus eſt decreto *l. 10. ff. d. Cur. fur.* quo aliquem pro prodigo declarat, curatorem illi conſtituit *l. 1. π. eod.* bonorumque adminiſtrationem adimit *d. l. 10. l. 12. ff. d. Tut. & Cur. dat.* Quod eleganter exprimit *Horat. 2. Sat. 3.*

- - Interdicto huic omne adimat Jus
Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos.

Interdicti formulam refert *Paulus Lib. 3. recept. ſentent. Tit. 4. §. 7.* Quando tua bona Paterna avitaque nequitia tua diſpendis, liberosque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. Duo egregia prodigorum pro talibus à Prætoribus, ob perditam luxuria vitam, declaratorum, exempla nobis *Valer. Maximus* ſiſtit *in lib. 3. c. 5. & lib. 8. c. 6.* Quæ vero ejuſmodi diſſolute agens ſuaque inutiliter prodigens contraxit, geſſit aut fecit, antequam Magiſtratus decretum intercederet, rata ſunt atqve valida, cum non lege & ipſo jure prodigo interdictum bonis ſit, hæc quæſtio enim facti eſt, facta autem definiri legibus ita non poſſunt, ſed apud judicem examinantur. *l. 32. ibique Gothofr. ff. d. uſur.* Neque communis hominum opinio indicium ſufficiens præbere poteſt, aliquem prodigaliter ſuis abuti rebus. Non enim omnibus æquales facultates ſunt, nec eadem de iis aliorum judicia. Hinc prodigalitatis ſæpius notari videas vitio, quæ penitius re inſpecta virtutem ſapiunt, Liberalitatem ſc. aut Magnificentiam. Aut ſi forte vitium aliquod adfuerit, non continuo prodigalitas eſt, ſed intemperantia quædam aut luxuria brevi evaneſcens. Pari modo ut tenacitas facilius in hoc, quam in illo, Avaritia non Parcimonia judicatur. Perbelle Largorum duo conſtituit genera *Cicero d. offic. lib. 2.* quorum alteri prodigi, alteri liberales. Sed liberales hunc imprimis ſibi commendatum habeant elargiendi modum, qui Proconſuli præſcribitur ex Divi Severi & Imperatoris Antonini Epiſtola *in l. 6. §. 3. π. d. off. Proc. & leg.* Οὔτε πάντα,

ἄλλα

ὔτε πάντοτε; οὔτε παρὰ πάντων, i. e. Neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus. Imo, Dominis quandoque rebus ſuis intemperanter abuti permiſſum eſt *a. l.* 21. C. *Mand.*

§. 21. Apparet exinde; quam inani conſilio ab haut exiguæ autoritatis viris ea ventiletur ſententia, quod ipſo jure, nullo expectato Magiſtratus decreto, bonis prodigo interdicatur, ex ipſo ſtatim momento corruptorum morum, quos recenſet atque refutat prolixe *Joh. Goedd. d. Contr. & com. Stip. cap. VII. concl.* 10. *n.* 134. *ſeq.* O quam multi, quibus bonis interdictum eſt (qua παραφρονας JCti prodigos nominaturi, paſſim utuntur) quotidie tibi occurrerent, & quam multis facultatum ſuarum ademta eſſet adminiſtrandi facultas, ſi lex tacente Prætore illud efficeret! Multi ſane Prodigi ſunt, ſi in ſenſu Ethico eos conſideres, habitum enim prodigalitatis ſibi acquiſiverunt, eumque exercent, & prodigi tamen non ſunt, in ſenſu eos ſi contempleris Politico atque juridico, cum ſententia Magiſtratus, cognitis facultatum circumſtantiis, prodigos eos non declaraverit, hinc contrahere eos, & cum ipſis contrahi perſpicis. In ſenſu Politico atque juridico conſideratus prodigus neutiquam Charta Blanca ſe obligare poteſt, quoniam quoad commercium ſ. adminiſtrationem alienationemque bonorum pupillo comparatur *l.* 9. §. 7. *ff. d. Reb. Cred.* & ad inſtar furioſi redigitur *l.* 6. *ff. d. V. O.* & nulla illi voluntas eſt *l.* 4. *ff. d. R. J.* & pro vili perſona habetur. *l.* 11. §. 1. *ff. d. dol. mal.* nec naturaliter quidem obligatur *l.* 6. *ff. d. V. O. l.* 9. §. 7. *ff. d. R. C.* ut ut enim bonorum interdictio politica atque civilis ſit, ſubeſt tamen naturalis etiam ratio, quæ homini tam improbo, tam petulantor in res ſuas graſſanti, tamque nequiter in naturalem liberalitatis parcimoniæque honeſtæ legem peccanti, proſpicere jubet. *l.* 12. *in fin. verſ. nam æquum eſt. ff. d. Tutor. & Curat. dat. vid Goedd. c. l. n.* 126. *ſeqq.* Imo etſi juramentum præſtiterit prodigus; tamen non obligatur, cum ſit contra bonos mores. *c.* 58. *d. R. J.* 6. & vinculum iniquitatis aut criminis contineat *c.* 18. *x. d. jurej.* & tribus iſtis deſtituatur comitibus, de quibus *Jerem. cap.* 4. *v.* 2. veritate ſc., quæ exulat ab improbis ejuſcemodi moribus; judicio, quod in prodigo quoad bona eſt furioſum; Juſtitia, quoniam legibus adverſatur. *cap.* 26. *x. de jurejur.* Non ſolum autem maſculo, verum etiam Mulieri, quæ luxurioſe vivit, bonis interdici poteſt *l.* 15. *ff. d. Cur. fur. ubi. Gothofr. in not. ad d. l.* per mulierem luxurioſe viventem, meretricem videtur intelligere. Quod ſi autem eveniat, ut prodigus ſanos mores recipiat, tunc chartam blancam exhibere, eumque effectu ſe obligare poteſt, deſinit enim

ipſo jure eſſe in poteſtate Curatorum *l. 1. pr. ff. d. Cur. fur.* ſicut & furioſus, ſi ſanitatem receperit *d. l. 1.* An vero prodigus ſanos mores receperit, ob metuendum ſimulationis fucum, judex cognoſcit & ſententia declarat *arg. l. 32. ff. d. Uſur. l. 85. §. 2. l. 105. ff. d. R. I. Dn. Mencke Tract. Synop. π. Tit. de Cur. fur. pag.* 388. *Sand. de Prohib. rer. alienat. P. 2. c. 1. §. 17. Diſſ. Maſcard. de Probat. concl.* 1241. *qui* ſufficere putat ad id, ut ſanæ mentis putetur, ſi per triennium integre vixerit.

§. 22. Cum Furioſo nemo ſimilior, nemoque proximior, quam Ebrius *arg. l. un. C. Si quis Imp. maled.* ſimilis ſimili gaudeat, inque ſuum gregem furioſi recipiant Ebrium. Ebrius itaque charta blanca non poteſt adſtringi; ignorans enim eſt, neſcit quid ſcribat. *Can. 7. cauſ.* 15. *qv.* 1. Hinc *Propert. Eleg. 2.*

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino ſæpe virum neſcit amica ſuum.

& mortuo aſſimilatur, nam qui nimio vino indulgent, jacent ſepulti. *d. can.* nec bene ſibi cavere poteſt, per ebrietatem enim cavere non poſſumus, nam quæ ſobrii cavemus, per ebrietatem ignorantes committimus. *cit. can.* Inſipiens eſt; Luxurioſa res eſt, *ait Hieronymus*, vinum & tumultuoſa ebrietas; omnis qui cum his miſcetur, non erit ſapiens. *can.* 3. *Diſtict.* 35. Furioſus eſt; *ut ait idem*: Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidines. Ubi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor XXV. 5. Pro abſente habetur, juxta tritum illud Publii Mimi: *Abſentem lædit, qui cum ebrio litigat.* Amens eſt; cum ebrietas mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. *cap. 14. x. d. vit. & honeſt. cler.* & Seneca ebrietatem voluntariam appellavit inſaniam. Ebrietatis proprietates detegit *Horat. Lib. 1. Ep. 5.*

Quid non ebrietas, inquiens, *deſignat? Operta recludit*:
Spes jubet eſſe ratas: in prælia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit: addocet artes:
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Contracta quem non in paupertate ſolutum?

Et *Ep. 2. Lib. 1.*

Sirenum voces & Circes pocula norunt,
Vivunt ut canis immundus, vel amica luto ſus.

Et *Lib. 1. Od. 18.*

------ *Subſequitur cæcus amor ſui,*
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem,
Arcanique fides prodiga perlucidior vitro.

Et

Et *Plato in Lib. 1. d. LL.* non ſolum ſenem bis puerum, verum etiam ebrium dixit.

§. 23. Exinde bene poteſt concludi; Si quis aliquem domum ſuam ad prandium deducat, ut inebriatum ad chartæ blancæ ſcriptionem inducat, iſque prolixa ebrietate ſcripſerit, non ſolum exceptione doli mali hanc charta blanca factam obligationem elidi, verum etiam ob nullitatem, propter conſenſus legitimi defectum. Conſenſus quippe eſt baſis ac fundamentum & anima contractus. *Decius Conſil.* 112. Quod ſi is, qui Dolo alium ſtuduit ebrium reddere, & ad chartæ blancæ exhibitionem inducere, circumveniatur ab eodem, non par ratio eſt, nec eum ebrietas liberabit ob doli replicationem. *Ioh. Goeddeus de Contrah. & Committ. Stipul. Concl.* 11. *n.* 198. *ſeq.* Quæ autem hic diximus, de ſumma & enormi ebrietate, quæ rationis homini uſum adimit, exaudienda ſunt, cum nullum ibi rei gerendæ ſanum adſit conſilium; qui vero modice ebrius eſt teſtari & contrahere poteſt, *arg. L.* 4. *C. qui Teſtam. fac. poſſ.* pari ergo ratione non videtur prohibitus aut impeditus chartam blancam exhibere, eaque obligari. Leviter enim ebrii parum diſtant à ſobriis, ac imo potius ſobriorum numero habentur. *Carpz. JPr. Conſiſtor. Lib.* 2. *Tit.* 2. *Def.* 31. *n.* 11. Rationis aliquem adhuc uſum habent, & furioſo æquiparari nequeunt; ceſſante itaque æquiparationis cauſa, ebrio nequicquam veniæ eſt indulgendum. *Carpz. c. l. n.* 10. Sed probatio ebrietatis videtur difficilis poſt Baldum *ait Decius Conſ.* 112. *n.* 1. Ebrius duobus dicitur modis, ſcribit Seneca, altero, cum aliquis vino gravis eſt, & impos ſui; altero, ſi ſoleat ebrius fieri, & huic obnoxius vitio eſt. Ille Ebrietas, Trunckenheit / hic Ebrioſitas, Verrunckenheit / Gewohnheit vollzutrincken. appellatur. *Gail. Lib.* 2. *Obſ.* 110. *n.* 21. Ebrietas caſu & ignoranter irrepit, & præter opinionem ob cerebri imbecillitatem rationis uſus perturbatur. Hinc adeo vitioſa atque culpabilis non eſt, neque peccatum mortale, ſed veniale putatur *in can.* 3. *§. Criminis Diſt.* 25. proptereaque Loth ob ebrietatem ab inceſtu excuſationem meretur *can.* 9. *cauſ.* 15. *qv.* 1. Ebrioſitas è contra ex perverſo uſu quotidiano & vitioſo habitu naſcitur, quando ſtrenui potatores & combibones quoad potus & hauſtus æquales plenis ſe ampullis obligant, quibus de *Horat. Lib.* 2. *Serm. Sat.* 6.

----- Prout cuique libido eſt,
Siccat inequales calices conviva, ſolutus
Legibus inſanis. ubi

Digitized by Google

ubi inſanas recte Leges vocat, quibus quis cogebatur à bibendi arbitro ſ. Magiſtro calices æquales exhaurire. Ebrioſus (Nimmer⸗Nüchtern Germanis dictus, quorum mentionem injicit *Ioan. Chryſoſt. in Can.* 24. *Cauſ.* 11. *qv.* 3.) ejuſmodi ſi in temulentia fidem ſuam adſtrinxerit charta blanca, obligari videtur efficaciter, ob culpam in qua verſatus eſt, & dum rei illicitæ navavit operam, excuſationem non meretur *a. cap. un.* x. *de Commod. c.* 2. x. *d. depoſ.* Imo ſi delictum commiſerit duplici afficiendum pœna exiſtimat *Gaill. Lib.* 2. *Obſ.* 110. *n.* 26. cum dupliciter peccaverit, quo ſupplicii formidine à vino abſtineret promptius.

§. 24. Alias quidem in Jure noſtro per vinum lapſis minui atque mitigari pœnas legimus *in l.* 6. §. 7. *ff. d. Re milit. l.* 11. §. 2. *ff. d. pœn. l. un. C. Si quis Imp. maled.* ſed cum dolus & culpa ſemper comitentur impravatam atque immoderatam adbibendi conſuetudinem, huic malo, omnium malorum atque vitiorum fertiliſſimæ ſegeti ac meſſi, Invictiſſimi Imperatores occurſuri, legibus Imperii Publicis reprobarunt, ſeveriſſimisque proſequendam pœnis ebrietatem ſanxerunt. *v. R. I. d. anno* 1500. *Tit.* Von den zutrinckern / *de anno* 1548. *eod. Tit. de anno* 1577. *Tit.* 8. *&c.* Sed has leges Imperii, contrario uſu quaſi abrogatas, atque ſublatas eſſe, idque peſſimo exemplo, & quadam turpitudinis infamia, tradit exactiſſimus communis per Imperium Romanum Practicæ obſervator *Andreas Gail. cit. obſerv. n.* 24. Cui aſſenſum præbet Sereniſſimus Saxo Joh. Georg. I. *in Ordin. Polit. d. Anno.* 1612. *Tit.* Von Hochzeiten. §. und weil zum Eilfften. *vers.* Es ſoll hiermit. *C. S. pag.* 569. verba ita habent. Es ſoll hiermit alles übermäßige zutrincken/ zu gantzen und halben / und ab ſonderlich die Salutipotationes (inhalts des H. Reichs Conſtitution, welche durch die böſen mißbräuche und connivenz der beamten faſt in deſuetudinem, maximo cum Reipublicæ damno, kommen wollen) gäntzlich verboten ſeyn. Sed forte & hic executores deſiderabantur. Eadem enim jam reperitur prohibitio *in Ordinat. Provinc. Erneſti & Alberti de ao.* 1573. §. *Item.* es ſoll. *C. S. pag.* 6. atque Mauritii *pag.* 26. Auguſtique *pag.* 57. & repetitam offendimus in ejusdem Divi Joh. Georg. I. *Ordin. Polit. d. Ao.* 1661. *Tit.* XIX. *C. S. pag.* 1130. nec non in Mandato noviſſimo Potentiſſimi ac Sereniſſimi Regis & Electoris noſtri Friderici Auguſti Contra privatam vindictam & monomachos, lato, cavere nobis monemur ab Ebrietate, tanquam vitio per ſe peccaminoſo, animadverſioneque digno, ſanciturque in nullo plane delicto ebrietatem ad mitigandam pœnam prodeſſe, ſed ordinaria pœna, tanquam doloſe commiſſo, illud puniri debere. *in pr.* Imo non tantum adverſus delictum in ebrie-

tate

tate commiſſum, ſed adverſus ipſum Ebrietatis vitium apud Gallos, Conſtitutione Franciſci Galliarum Regis Anni 1536. ſeveriſſime fuit animadverſum, ita ut tertia vice iteratum, abſciſſione auris & relegatione compeſcatur. *Sim. v. Leewen. Cenſ. Forenſ. lib. 5. c. 1. n. 26.*

§. 25. At hoc quidem tempore gloria inde captatur, ſi quis multis exhauriendis lagenis non impar ſit, quod variæ Imperii, Saxoniæque noſtræ Ordinationes modo citatæ abominantur. Sed laude ſane merito dignus quandoque ille habetur, qui cum vino potus ſit, mente tamen ſobrius apparet. Regum enim principumque aulis in more eſſe videmus, ut per ebrietatem, ſi quem vino largiter proluerint, arcana inquirere, ingenium, mores & taciturnitatem explorare enitantur; juxta illud *Horatii de Arte Poëtica verſ.* 434.

Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant,
An ſit amicitia dignus.
Arcanum, enim, *demens detegit ebrietas.*

Quin à nonnullis pro Remedio conſervandæ ſanitatis habetur, genio nonnunquam indulgere. Ita enim *M. Sam. Ditericus, Paſtor & Inſpector Neo-Rupinenſis, in Arte Memoriæ Nova & expedita*: Medici præſcribunt & concedunt vulgariter, ſingulis menſibus bibendum eſſe ad ebrietatem, hinc enim ſomnus concidatur profundior, ſudor idem largior, & NB. per vomitum noxia quæque ejiciuntur.

§. 26. Cum Venus in vinis, teſtante *Ovid, lib. 1. d. Art. Am. verſ.* 244. *& Hieron. can.* 51. *Diſt.* 25. non iraſcetur, opinor, Ebrius, ejus ſi lateri fœminam jungam. Fœmina autem quoniam ob fragilitatem naturæ ſuæ facile in repentinam deducitur inopiam *l. un. C. d. R. V. A.* cum plerumque adverſus propria laborare inveniatur commoda. *l. 4. C. de ſponſal.* ideoque ob infirmitatem conſilii, quod varium ſemper ac mutabile *Cap. 10. verſ. Natura pen. x. d. V. S.* cujus propterea momentaneæ dicuntur Voluntates *in l. 20. C. d. inoff. Teſtam.* atque ob pudorem atque verecundiam ab omnibus officiis civilibus vel publicis removetur. *l. 2. ff. d. R. J.* Naturali itaque juri conveniens eſt, ut ad inſtar ejus, qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutela regatur. *§. 6. J. d. Attil. Tut.* ac proinde ſummum ſtatim hujus univerſi Creatorem Homini primo Adamo, primæ fœminæ Evæ curam demandaſſe *Gen.* 3. *verſ.* 16. legimus. Et antiqua prudentiſſima gens Romana fœminas in tutela eſſe voluit, innuente *id Ulpiano in Fragm. Tit.* 11. *§.* 1. ubi iſta reperiuntur verba: Tutores conſtituuntur tam maſculis quam fœminis

D ſed

Digitized by Google

ſed maſculis quidem impuberibus duntaxat propter ætatis infirmitatem; fœminis autem tam impuberibus quam puberibus, & propter ſexus infirmitatem, & propter forenſium rerum ignorantiam. Et Romanorum facundiſſimus Cicero *in Orat. pro L. Murena*: Mulieres omnes, *inquit*, propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt. Videre etiam licet illud ex *Boëtio in Topicis*. Mulieris, *dicente*, antiquo Jure tutela perpetua continebat: recedebant vero à tutoris poteſtate, quæ in manum viri convenerant. Igitur (*ad d. Cicer. locum de Revardo commentatur Freigius in voce Mulieres vol.* II. *p. m.* 407.) ætate pupillari finita, liberati tutela ſolent maſculi & curatores accipere. Fœminæ vero tamdiu, ſi non legitimæ, ſaltim ceſſitiæ tutelæ (*de ceſſitia tutela conſule Ulp. in Fragm. Tit.* 11. §. 8.) ſuberant, donec aut ſeſe capite diminuiſſent, aut virgines eſſent veſtales captæ. Aſſerit id idem M. Porcius Cato pro lege Oppia verba faciens *ap. Liv. Lib.* 34. *cap.* 2. ita diſſerens: Majores noſtri, nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine actore voluerunt in manu eſſe parentum, fratrum, virorum. Annuit huic Valerius Tribunus plebis *ap. eund. Cap.* 7. vos in manu & tutela, non in ſervitio debetis habere eas, & malle patres vos aut viros, quam dominos dici. Eam mulierum tutelam ex Græcorum moribus ad Romanos tranſiiſſe veroſimile eſt. Probat id M. Tullius *in Orat. pro L. Flacco ubi diſertis ait verbis*: Tutor mulierum rebus, Græcorum Legibus adſcribendus fuit. Succeſſu uero temporis per legem Claudiam apud Romanos fuit abrogata Tutela fœminarum legitima, quam tamen poſtea Conſtantinus M. per Conſtitutionem, quæ eſt in Cod. Theodoſ. *l.* 2. *de Tutor. & Curat. creand.* ſublata Lege Claudia, iterum reſtauravit, ad eamque obeundam agnatos vocavit. Leo quoque imperator renovavit eam Conſtitutionem ann. 469. Cujus Legem ad ſolam pupillarem Tutelam nunc applicatam deprehendimus in Cod. repetitæ prælectionis *l.* 3. *C. d. leg. Tut.* Contraria quippe conſuetudine legem eam non amplius obſervatam apud Romanos fuiſſe in propatulo eſt. Liberrima enim mulieribus rerum ſuarum variis in juris textubus adminiſtratio aſſeritur. Videatur *l.* 2. *l.* 6. *l.* 10. *l.* 13. *C. ad SCt. Vellej. l.* 4. *l.* 11. *l.* 17. *l.* 24. *l.* 27. *ff. eod.* Hinc Depoſiti contractum valide celebrant. *l.* 26. *pr. ff. depoſ.* Res ſuas rite obligant pignori *l.* 12. *C. d. Pign. & Hyp.* ab emtione & venditione non arcentur *l.* 12. *ff. d. Praſcr. verb.* Locare atque conducere non impediuntur *l.* 52. *pr. ff. d. don. int. vir. & ux.* ſocietatem incunt *l.* 17. §. 1. *ff. Solut. matrim.* mandare illis integrum *l.* 60. §. 1. *π. Mandat.* Donationes, quæ quidem pro miraculis in mulieribus habentur, in alios

con-

Digitized by Google

conferunt. *l.* 4. §. 1. *ff. ad SCt. Vellej.* bona ſua in Emphytheuſin concedunt *l. t. C. d. jure Emph.* Stipulationis contractum perficiunt *l.* 4. C. *d. Contr. & comm. ſtip.* Contractum Chirographarium peragere nihil illis obſtat impedimenti *Nov.* 100. *cap.* 1. Alterius valide gerunt negotia *l.* 3. §. 3. *ff. d. N. G. L.* 34. *ff. eod.* Tutelæ munere liberorum ſuorum funguntur *l.* 2. *l. f. & auth. Matri & Aviæ* C. *quem. mul. off. Tut. fung.* Communi dividundo judicium recte inſtituunt *l.* 4. 5. C. *Comm. div.* & quæ alia Contractuum ſunt genera, quæ celebrare Mulieribus interdictum non eſt, ſed nos conſulto prætermittimus, ſicut & ea, quæ circa obligationum diſtractus occurrunt, non attingimus: Notandum tamen, quæ de mulieribus hic protulimus, ad nuptas & innuptas promiſcue applicari haudquaquam poſſe, ſicut mulieris vocabulum, quo uſi ſumus, utraſque notat. Quod videmus in *l.* 14. §. 7. *ff. d. Ædil. Ed.* Quando Ulpianus inquit: Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non poſſit, ſanam non videri conſtat, ubi ſexum ſemel indicat & deinde ſtatum. Et Gajus *in. l.* 13. *ff. d. V. S.* Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur, ea namque quæ viro nupſit, dotemque intulit, non amplius diſponere de illatis bonis poteſt, cum maritus ſit factus Dominus. *l.* 36. *ff. d. jur. Dot. l. Doce ancillam* 9. C. *d. R. V.* quæcunque ergo non intulit ad maritum, ſed ſibi quoad proprietatem, uſumfructum & adminiſtrationem reſervavit, quæ Receptitia ſunt, de iis nilquicquam ei movebitur controverſiæ, ſicut etiam de Paraphernalibus. *arg. l. f. C. d. Uſur. l.* 6. C. *d. revoc. don. l.* 21. C. *d. Don.* Reſpondet huic Auguſtinus *in Ep.* 199. *ad Ecditiam quæ eſt in Can.* 4. *Cauſ.* 33. *q.* 5. *ita ſcribens:* Nihil ergo de tua veſte, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut rebus ullis terrenis tuis, ſine arbitrio tui mariti facere debuiſti. Et Juſtinianus in *l.* 12. C. *qui pot. in pign.* Mulieris, *inquit*, & corpore, & ſubſtantia, & omni vita ſua maritus fungitur: cum pene mulieribus tota ſubſtantia in dote conſtituta ſit. Concordat Landr. *lib.* 1. *art.* 45.

§. 27. Quod ſi ad antiquam antiquorum Germanorum reſpiciamus obſervantiam, Mulier ſine Mundio, in ſuo poteſtatis arbitrio non vivebat. Mundius autem apud Longobardos, qui natione Germani erant, tutor muliebris erat. De Mundio agit Dn. Joach. Meierus Prof. Publ. Gottingenſis *in Diſſ. Gamica: De jure Connubii cum ſponſa extranea cap.* 3. §. 15. ubi ſimul explicat, quid Amond / Vormund / Mundbar / Mundebarde / Mundiburdium & Munburnium fuerit.

§. 28. De jure Civili in judicio comparere cauſamque propriam agere

non prohibebantur Mulieres. *l.* 4. C. *d. Procur.* & non niſi Procuratorio interdicebantur officio fungi *l* 18. C. *eod.* ne ſc. contra pudicitiam ſexui congruentem, alienis cauſis, virilibuſque ſe immiſcerent officiis *l.* 1. §. 5. *ff. d. Poſtul.* cui Edicto Carfania, improbiſſima, inverecunde poſtulans, & magiſtratum inquietans fœmina, cauſam dedit. *d.* §. 5. Land R. *lib.* 2. *art.* 63. exceptis quibuſdam tantummodo caſibus *l.* 41. *ff. d. Procur.* Jura tamen Saxonica, quæ Sexus muliebris imbecillitatem ponderant exactius, viam & facultatem in judicio comparendi mulieribus ſimpliciter præcludunt, etiamſi proprio experiri velint nomine, uſque adeo, vt nulliter fiat, quicquid in judicio agant. Ut itaque nullitas evitetur, curatore ad litem opus eſt, qui in judicio mulierum nomine compareat, ſuumque conſenſum & auctoritatem interponat, Land R. *lib.* 1. *art.* 43. 44. 46. *lib.* 2. *art.* 53. *Gloſſ. ordinar. ad lib.* 3. *art.* 30. *n.* 4. *&c.* *Carp. in Proc. Tit.* 5. *art.* 3. §. 4. *n.* 48. *ſeq.*

§. 29. Quoniam autem allegati juris provincialis textus Curatoriæ autoritatis neceſſitatem in actubus tantummodo judicialibus efflagitant, mulieribus de cetero extra judicium de rebus ſuis diſponendi, liberum relinquunt arbirium, bene id perſpiciens Sereniſſimus Saxonum Elector, imbecillitatisque muliebris rationem habens, atque ne inopia conſilii læderentur, in Conſtitutionibus ſuis clementiſſime hanc ſanxit Regulam in *P.* 2. C. 15. Mulieres ſive in Judicio ſ. extra Judicium, agentes & contrahentes, abſque conſenſu & auctoritate curatorum, in Foro Saxonico non obligari. Eaque Regula omnes omnino mulieres, maritatas atque ſolutas, virgines atque viduas, majores atque minores viginti & unius anni complectitur. Adeo ut invalida talismodi mulierum abſque Curatoris conſenſu obligatio ſit, etiamſi juramentum acceſſerit. *Carpz. ad d. Conſt.* 15. *def.* 1. *n.* 5. *ſeqq.* Quaſcunque itaque intuearis contractuum negotiorumve Extrajudicialium ſpecies, ab earum celebratione, demta hac ſolennitate excluditur fœmina, propter generalitatem allegatæ *Conſt.* 15. Mutuam proinde acceptura pecuniam mulier, vi Conſtitutionis Curatore opus habet. *v. Berl. P.* 2. *Concluſ.* 17. utut uſu harum provinciarum aliud ſit receptum, teſtante Carpzovio *ad d. C. def.* 14. Locum itidem ſibi vindicat allegata Conſtitutio in Commodato atque in Depoſito, quanquam quoad Depoſitum Contrarium à Dominis Scabinis Lipſienſibus, urgentibus æquitatis aliiſque rationibus, pronunciatum apud Carpz. *P.* 2. *Dec.* 141. Nec aliud dicendum de Contractu Pignoratitio, præcipue quod bona concernit immobilia. Quid in Emtione Venditione? De hac non ſolum ſæpius adducta *Conſt.* 15. §. Gleicher geſtalt. Sed etiam *d.* §.

illu-

illuſtrans Dec. Noviſſ. 24. diſponit, ita ut mulieri maritatæ alienare quicquam non liceat, abſque mariti voluntate, ſi ſc. maritus ſit ſimul Curator ad Litem illi conſtitutus, Ehelicher und beſtätigter Vormund / quod ſi præter maritum curatorem ad litem, einen Kriegiſchen Vormund/ in genere conſtitutum habeat, mariti & hujus accedere debet autoritas. Si porro animadvertatur in propriam utilitatem contraxiſſe maritum, & ſucceſſionis commodo allectum, bona alienaſſe immobilia, nulla curatoris alius interveniente autoritate, ab ejuſmodi contractu recedere integrum mulieri eſt, & quamvis uxor ipſa talem non reſciderit contractum, ea tamen pecunia ex tali alienatione redacta, non ad maritum ſed ad mulieris ſpectat hæredes. In Geradæ venditione marito facta Curatoris generaliter, aut in ſpecie ad hunc actum conſtituti, præſentia non modo neceſſaria, ſed ea quoque judicialiter, coram Judice pro tribunali ſedente, aut coram Notario & teſtibus facienda eſt. *P.* 2. *C.* 14. *Carpz. P.* 2. *C.* 13. *def.* 6. Ex jam dictis ſequitur, Curatoris adhibitione omiſſa, mulieri non eſſe permiſſum, Contractus Societatis atque Mandati, cum obligatio ex illis ad mulieres redundet, celebrare. Donationes in alios conferre non annuente marito atque curatore uxores non poſſunt Land R. *Lib.* 1. *art.* 45. *&* *d. C.* 15. ſicuti nec Virgines æque viduæ, bona ſi ſpectes immobilia; in mobilibus enim, in quantum Jura permittunt, So weit die rechte nach laſſen, ut loquitur *Conſt.* 15. libera hiſce relicta voluntas. Si enim 500. Solidorum ſummam excedit Donatio, quoniam inſinuationem judicialem requirit, curatore opus habent. *Carp. ad d.* C. 15. *d.* 15. *n.* 5. Ratio eſt in *l.* 4. §. 4. *ff. ad SCt. Vellej.* quod raro mulier donat. Judicium æquale in cæteris eſto contractibus, quod ſc. ſine Curatoris interventu, nihil mulieri agere liceat efficaciter. Utpute in conceſſione aut receptione Emphyteuſeos, in ſtipulatione, contractu chirographario, permutatione, pollicitatione, Negotiorum geſtione, adminiſtratione tutelæ, communione rerum & familiæ, hæreditatis aditione, &c. Nec abſimile ſtatuendum in obligationum diſtractibus. Cum enim nihil tam naturale ſit, quam eodem genere quidvis diſſolvi, quo colligatum eſt. *L.* 35. *ff. d. R. I.* Hinc mulier ſine Curatore, ſuper debito ſibi ſoluto Quittantiam ſ. apocham facere, ac debitorem ſuum liberare nequit. *Carpz. P.* 2. C. 15. *d.* 3. neque Pactum de non Petendo inire, neque Novationem facere, neque delegare, nec compenſare, neque tranſigere, nec denique Juribus ſuis renunciare. De Renunciationibus mulierum earumque requiſitis agit *P.* 2. *Conſt. El.* 16. Nihil de interceſſionibus earum ut moneam, quæ interdictæ illis ſunt per

D 3 SCtum

Digitized by Google

SCtum Vellejanum *L.* 1. *l.* 2. *ff.* & C. *ad SCt. Vellej.* cui qua ratione renunciare poſſint docet adducta *Conſt.* 16. Ex iis quæ ſatis prolixe hactenus adduximus, facilis nunc eſt ducenda ſequela, mulierem à Chartæ Blancæ exhibitione vi *Conſt. El.* 15. etiam arceri. Sique eam exhibuerit non obligari, niſi neceſſariæ, quas jura præſcribunt, obſervatæ fuerint ſolemnitates.

§. 30. Nimis diu morati ſumus apud fœminam, quapropter nunc quærendus exitus. Ultimum idcirca teneat locum, agmenque claudat Servus. Nam quod attinet ad jus Civile ſervum Chartam Blancam prodere non poſſe indubitatum eſt. In perſonam enim ſervilem nulla cadit obligatio *L.* 22. *ff. d. R. I.* pro nullis enim ſervi habentur *L.* 32. *π. d. R. I.* & mortuis aſſimilantur. *L.* 59. §. *f. ff. d. Cond. & Dem. l.* 209. *ff. d. R. I.* Quadrupedibuſque exæquantur *l.* 2. §. 2. *ff. ad L. Aquil.* Sed immanis hæc ſervitus in orbe Chriſtiano extincta eſt atque abolita circa Seculum Chriſtianum Decimum tertium, uti ex *Frider. Huſan. tr. d. Homin. propr. c.* 1. *n.* 26. contendit *Amad. Eckold. ad Pand. tit. d. Ædil. Edict.* §. 5. Hinc hodie ingenui & liberi omnes naſcimur, quotquot ſumus, abſque ulla alia, quam nobilium aut plebæorum differentia. Capti ergo in bello inter Chriſtianos etiam juſtiſſimo, non fiunt ſervi capientium, unde nec Poſtliminii, nec L. Corneliæ fictione indigent. Omnes quippe in Chriſto fratres ſumus *Can.* 24. *cauſ.* 11. *q.* 3. ut ut ergo in bello inter Chriſtianos aliquis capiatur, capientis tamen non efficitur ſervus, bene tamen redemtionis ſ. relaxationis ſuæ pretium, quod Græci λύτρον, *Rançon*, Galli appellant, perſolvere tenetur, & ad perfectam uſque ſolutionem retineri poteſt, atque hujuſmodi redemtionis pretium lucro capientis cedere, vel capientium, inter eos dividendum, *ad L. Hoſtes ff. d. capt. & poſtlim. reverſ. tradit Rebuffus*, dum tamen *limitat ille*, non excedat millia decem, quia tunc pertinet ad Principem, cujus eſt liberalitatem ſuam capientibus exhibere. Regulandum autem, *adjicit idem*, redemtionis eſſe pretium, ex perſonæ captæ qualitate & divitiis. In S. Rom. Imperio jus detinendi & cuſtodiendi captivum conceditur, uſque dum liberetur præſciente Belli Duce, *juxta* Reutter-beſtallung zu Speyer 1570 aufgerichtet §. 95. lytrique quantitas capientis relinquitur arbitrio, *d.* §. niſi ejus determinatio facta ſit durch ein Cartell. Interim captivi eminentioris dignitatis, der Feinde Feld-Obriſter oder Feld-Haupt-leut honorario capienti ſoluto, Belli Duci ſunt exhibendi. *d.* Reutterbeſt. §. 94. *Dn. Lüder Mencke Tractat. Synop. J. Tit. d. Iur. perſ. pag.* 10. Hoc jus Belli, uti vocant,

cant, nullis Cæſareis fundatum eſt Legibus, ſed conſuetudinario in bellis Chriſtianorum ex jure id fit, quæ conſuetudo non eſt improbanda, quia inventa ad evitandum majus malum, ut milites allecti ſpe pretii captivorum, potius eos ſervent, quam interficiant, *ſecundum Alvar. Valaſco. Tom. 1. Conſult. 30. n. 5. p. m. 136.*

§. 31. Quanquam autem optima inter Chriſtianos conſuetudine ſervitutes ſublatæ ſint atque extinctæ; Infideles tamen e. g. Turcæ, eos, quos bello ex noſtris capiunt, in ſervilem detrudunt conditionem. *Receſſ. Imper. Spirenſ. d. Anno* 1542. §. Und wie wohl nun/ *ubi* Tyranniſche und Viehiſche Dienſtbarkeit *appellatur*, quem Juris rigorem adverſus illos retorquemus. *arg. l. 1. ff. quod quisque Iur. in alter. ſtat. Menke. cit. loc.* Inde patet doctrinam iſtam de ſervis non ſimpliciter uſu eſſe inumbratam *Dn. Swendendorf. ad Eckolt. ante Lib. XL. ff. pag.* 919. Negat autem Alvarus Valaſcus Chriſtianos captos in bello à Saracenis, eorum effici ſervos, ut olim capti hoſtes à Romanis *l. hoſtes ff. d. Captiv. & l. hoſtes ff. d. V. S. Tom. 1. Conſult. 7. n. 7. pag. 136.* ob rationem, quam ſuppeditat *n.* 8. Quia bellum noſtrum cum Saracenis ex parte noſtra eſſet juſtum. Nam ipſi injuſte occupant terras, quæ Chriſtianorum prius fuerunt, & impediunt in terris ſuis liberam Evangelii prædicationem, & nos offendunt ac perſequuntur, ex præſcripto ſuorum inſtitutorum. At ex parte Saracenorum aduerſus nos Chriſtianos eſt illicitum, igitur quando nos capiunt, faciunt tanquam latrones & piratæ, non tanquam hoſtes, unde nos ſervi eorum jure non efficimur, nec eſt locus veræ ſervituti, fictionibus poſtliminii & L. Corneliæ. Ex quo ſequitur, quod teſtamentum, ab hujuſmodi captivis in captivitate apud Agarenos conditum, jure valeat, quia ipſi nos qſ. latrones ſ. prædones detinent, ſicut cenſebantur aliæ gentes cum Romanis bellantes, *L. 24. ff. d. captiv. & poſtlim. rev. idem n.* 8. Similiter & chartam blancam, quam in iſto ſtatu quis confecerit, validum exſerere effectum, eandem ob rationem aſſereremus. Eandem cum Valaſco contra Communem (*ut ait Dn. Schilter. Diſp. ad n.* 3. *th.* 2.) opinionem fovet *Covarruv. Tom. 1. ad c. Peccatum d. R. I. 6. P. 2. §. 11. d. Capt. n. 6. p.* 150. hac adjecta ratione: Reipubl. Chriſtianæ non convenire, præter ipſam captivitatis afflictionem, damnum aliud, aut detrimentum Chriſtianis apud Saracenos vel Turcas captis, irrogari. Aſſenſum præbet etiam *Dn. Schilter. d. Diſ.* 3. *ad ff. th.* 3. Non videmur, *inquiens*, unquam ullo in bello noſtrates à Turcis captos pro ſervis apud nos habuiſſe. Sed ſemper ipſis omnia jura, integra conſervaſſe, ignoratis etiam

etiam tum L. Corneliæ & Poſtliminii fictionibus. Et quidni liberam captivis iſtis de rebus ſuis diſponendi facultatem aſſereremus? Cum Conſuetudo tamen Germaniæ pleriſque in locis ſalvam eſſe condemnatis Civitatem & Teſtamenti factionem velit. *Mencke ad Tit. π. qui Teſtam. fac. poſſ. pag.* 382. qui tamen Pœnæ ſervi ſunt, de quibus tractant *L.* 17. §. 1. *ff. d. Pæn.* §. 1. *I. & L. f. D. d. Cap. min. L.* 1. *C. d. pœn.* cum favorabilior multo eorum ſit conditio, quos barbarica feritas captivitatis neceſſitate tranſvexerat, ceu dicit *L.* 20. C. *d. poſtlim. rev.* & imprimis militum, qui Imperatoris defenſores dicuntur *in L.* 12. *C. eod.*

§. 32. Cæterum, quæ de Servis dicuntur, ad Colonos, conditione ſua propria vel originaria colentes, Adſcriptitios & ſimiles non ſunt porrigenda. Hi enim Dominis ſuis charta blanca poſſunt obligari, & vice verſa Domini ipſis, cum potius glebam Dominam habeant, quam Dominum locatorem. *L.* 20. *L.* 23. C. *d. agric. & cenſ. L.* 2. *C. in quib. cauſ. Coloni cenſ. dom. accuſ. poſſ.* Quod & ad noſtros Germaniæ ſervos & homines proprios, Leibeigene merito trahimus. Revera enim ſervi non ſunt, ſed adſcripti glebæ, ac coloni conditione ſua vel originaria colentes: niſi quoad ſtatum & conditionem, quam deſerere non poſſunt. *Ioh. Goedd. d. Contr. & Comm. ſtip. Cap.* 7. *concl.* 6. *n.* 75. & 76. Imo *Zaſius Lib.* 1. *ſing. reſponſ. cap.* 3. *n.* 76. *& ſeqq.* affirmat, veram Romanorum & gentium ſervitutem Germaniam nunquam vidiſſe. At mihi nunc vale (*verba ſunt Chriſtiani Carpzovii JCti Francof. ad Oder. in Diſp. de Iure Perſon.* §. 88.) faceſſe hinc ſervitus; & odioſo vel nomine tuo hanc chartam funeſtare deſine. Abi cum flagellis tuis & ſcuticis, cum competibus & crucibus, beſtiiſque tuis ipſe ad beſtias ultra Garamantas & Indos, ibique morare, quamdiu jugum tuum delectaverit. Aut potius redire ne poſſis

Abde caput triſti triſti caput abdere abyſſo,
Occide peſtis atrox, Manes pete, claudere averno,
Inque tenebroſum noctis detrudere fundum.

Caput

Caput V.

De Objecto.

§. 1. De Chartæ Blancæ objecto acturis, vix eſt ut omnes ejus ſpecies recenſere queamus, ut opus potius deſperatum exiſtimemus, cum tantum non circa omnes profundi Juris Oceani verſetur articulos, ita ut eſſet verendum, ne in immenſa diſſertatio noſtra excreſceret volumina.

§. 2. Ecquis enim dubitet, quin Dominus homini proprio Chartam Blancam exhibere poſſit, in qua Manumiſſionis, quam affrancamentum, i. e. remiſſionem ſ. liberationem vocant, Inſtrumentum extendatur? Aut cui ignotum ſi ob commodiorem Pactorum Dotalium probationem ſcriptura ſit conficienda, chartas ſæpius blancas, magnam præſtare commoditatem?

§. 3. Nec quiſquam facile negaverit, in omnibus illam adhiberi poſſe contractibus, ſive ad illorum eſſentiam ſcriptura requiratur, ſive commodioris faciliorisve probationis gratia tantummodo adhibeatur. *§. un J. d. Oblig. ex Conſenſ.* De Locationis contractu blanceto inferendo videri poterit *L. f. C. Plus val. quod ag. quam quod ſim. conc.* Idem tenendum de Admodiatione, Verpachtung. Qui quidem Contractus, à Locationis atque Conductionis contractu nihil differt, utut haut ignorem, eſſe, qui inter illos diſcrimen quoddam conſtituant, non conſiderantes, præter neceſſitatem entia non eſſe multiplicanda. *Nov.* 38. *cap. 6.* Jura enim & cum & ſine prædio poſſunt locari. *vid. Lyſeri Ius Georg. L. 1. c. 20. n. 1.*

§. 4. Obligationes ex mutuo, ex Commodato, ex precario, ex Depoſito, & alias in ſcriptis concipi inter omnes conſtat, indeque Chartæ Blancæ exhibitionem haut raro intervenire non ambigendum. Cautelas circa ſingulos iſtos Contractus, ſecundum ſeriem Inſtitutionum exhibet *Dn. Stryck. de Cautelis Contractuum Sect. IIda. & qs. Contractuum. Sect. III.*

§. 5. Frequentiſſimum autem chartæ blancæ uſum in Mandati Contractu deprehendimus. Nam cum ſæpiſſime eveniat, ut noſtra ipſis negotia expedire non liceat, ob varia, quæ intervenire poſſunt impedimenta, variaſque quibus res humanæ obnoxiæ ſunt, variationes, a-

E liis

liis plerunque id dare negotii ſolemus, ut noſtra nomine noſtro expediant negotia. Minime enim ſatis ſecuram, altera ſe pars, quacum meo agitur nomine, exiſtimabit, niſi ſeriam, ex mandato, mea manu ſigilloque munito, voluntatem intentionemque intelligat. Tum demum chartarum vacuarum uſus ſpectatur, cum res ita intricata & ancipitis conſilii, ac propemodum depoſita ac deſperata, cui certus dari modus & medela nequit, *ut ait Beſoldus Theſaur. Pr. voc. Charta plantca.* Solet nimirum chartam utplurimum vacuam, debito à Mandante modo, ſubſcriptam ſubſignatamque relinquere is, cujus adminiſtranda negotia ſunt, quo deinde mandatarius tenorem in ea mandati, prout utilitas atque neceſſitas mandantis exigit, extendere queat. Ita nec ullus in judicio admittitur Procurator, niſi ſufficiente inſtructus ſit Mandato. *Ord. Proc. Sax. Tit. 7. in pr.* Mandati Formula præſcribitur *in Ordin. Recogn. ap. Dn. Berger. ad. O. P. S. pag.* 217.

§. 6. Cæterum in aliis quoque rebus Chartam quandoque Blancam adhiberi cernimus. Sicut aliquando memini, recens creato aliquo Philoſophiæ Magiſtro, Chartam Blancam, pro gratulatione de noviter collatis honoribus, in ea extendenda, typis impreſſam, Lipſiam eſſe tranſmiſſam atque redditam. Sed talia ingenii magis acumen, inveniendique dexteritatem, oſtentant, quam genuinum Chartæ Blancæ uſum ſapiunt.

Caput VI.

De Forma.

§. 1. NE omiſſio formæ, quæ dat eſſe *Rei l. 6. §. 1. ff. d. aur. vel arg. leg. l. 80. §. 1. ff. ad l. Falcid.* vitiet totam diſſertationem *arg. c. 22. x. d. Reſcr. cap. 37. x. d. off. jud. deleg. l. 8. §. 17. ff. d. Tranſact. l. 9. §. 3. ff. ad Exhib.* Chartæ Blancæ Formam nunc conſiderabimus. Conſiſtit autem illa in Nominis ſubſcriptione, ſigillique ſubſignatione. *l. 21. pr. C. d. Teſtam. O. P. S. Tit. VII.* §. 3. verb. nicht allein geſiegelt/ ſondern auch unterſchrieben werden. Hinc obligationes brieff und Siegel appellantur. *v.* Lands-Ordnung. *Tit.* Verſagt brieff und Siegel. *C. S. pag.* 39.

§. 2. Sicuti ſupra *Cap. II. §. 4.* Chartam Blancam aliam Abſolutam ſ. Generalem, aliam Reſtrictam ſ. ſpecialem diximus, ita ſubſcriptionem,

quæ

quæ Chartæ Blancæ anima eſt, pariter Abſolutam aliam, Reſtrictam aliam agnoſcimus. Abſoluta ſ. Generalis, ſola nominis expreſſione perficitur. Atque iſta generali ſubſcriptione, illi, cui chartam blancam tradit, poteſtatem conceſſiſſe videtur ſubſcribens, ut in ea ſcribat, quid velit. *Stryk. de Cautel. Contr. Sect.* 1. *cap.* 6. §. 12. *pag.* 105. Quamvis in rebus magni præjudicii ejuſmodi generalem præſumtionem non ſufficere, ſed de ſpeciali voluntatis certitudine conſtare debere *Idem ibid.* aſſerat. Subſcriptio Reſtricta ſ. ſpecialis fit, quando ſubſcribens paucis præmittit verbis, cui fini chartam blancam deſtinaverit, e. g. hoc modo: Blancetum ad Conſcribendum Mandatum contra Mevium N. N. Blanquet Zur Vollmacht contra Mevium. Vel: Blanquetum ad conficiendum chirographum ſuper 300. Imperialibus in optima forma Sempronio mutuo ſumtis. Blanquet Zur obligation uber 300. Rthl. in optima forma bey Sempronio. Atque iſta reſtrictio omni præcidit falſitati viam. *Stryck. c. l.*

§. 3. Exprimi autem Subſcribentis Nomen atque Cognomen debet verbis integris, non ſaltem Initialibus literis indigitari. *Dn. Quintus Septimius Florens Rivinus in Enunciatis Juris ad O. P. S. Tit. VII. En.* 22. *pag.* 241. *ſeqq.* ubi tradit: quod cum Prænomina non ſatis eſſent expreſſa in Mandato, monente adverſa parte, ita à Dominis Scabinis Lipſienſibus pronunciatum eſſe in cauſa Der Anwälde Gottfried Thums defenſorio nomine ſeines Sohns / contra Samuel Vollanden. M. Octobr. 1689. An den Rath zu Franckenberg / Daß Kläger vor allen Diengen richtiger als geſchehen / und durch eine von ſeinen Principal gebührend und mit vollkommenen worten unterſchriebene Vollmacht ſich zu legitimiren ſchuldig. V. R. W. Ita quoque cum A. Z. loco ſubſcriptionis deprehenderetur, appoſito quamvis ſigillo, legitimationem injunxiſſe Facult. Jurid Lipſ. M. Majo. 1698. in cauſa Frantz Heinrich Kobers angegebenen Anwalden / contra Andreen Zellern / an den Rath zu Eißleben Daß Bekl: vor allen Diengen / ſeine Perſon anderer geſtalt und beßer als geſchehen / zu legitimiren ſchuldig. V. R. W. Ratio quod ejusmodi monogrammata non admittantur ea eſt: Quoniam incertum eſt, quid per ſigna iſta indigitetur, ejusdem enim nominis plures eſſe poſſunt, quoad literas initiales, quæ nominum pluralitas obſcuritatem inducit. *l.* 21. §. 1. *ff. qui Teſtam. fac. poſſ. l.* 30. *ff. d. Teſtam. Tutel.* Itaque declaratio & Nominis demonſtratio in ſubſcriptione ita fieri debet, ut certiſſime de ſubſcribentis perſona conſtet. *l.* 9. §. 8. *ff. d. Hered. inſt. Gaill. lib.* 1. *Obſ.* 50. *n.* 1. *Mynſ. Cent.* 5. *Obſ.* 50. *n.* 5. *Carpz. Proc. Tit.* 7. *art.* 2. *n.* 10. *ſeqq.* E 2 §. 4

Digitized by Google

§. 4. Subſcriptionem Charta Blanca ſe obligare cupiens, ſua manu perficere, ſ. proprio chirographo adnotare convenit. *l.* 30. *ff. qui Teſtam. fac. poſſ.* Hinc ſubſcribentes, nominis ſubſcriptioni addere utplurimum conſueverunt: Manu propria. (Quæ formula in jure quoque habetur ſed apud JCtos in Digeſtis non reperitur, ſed tantum apud Juſtinianum *in pr. J. d. Emt. & vend. l.* 28. §. 1. *C. d. Teſtam. Nov.* 119. *cap.* 11. *Eckolt. ad Tit. n. d. Contr. Emt. p. m.* 453.). Germani addunt: meine eigene Hand. Monet tamen *Dn. Sam. Stryck. de Caut. Contr. Sect.* 1. *cap.* 6. §. 16. abundantem hanc eſſe Cautelam, cum præſumptio ſit, illius eſſe manum, cujus eſt ſubſcriptum nomen, à recepta tamen Praxi non facile eſſe recedendum. Quibuſdam etiam, *porro inquit Dn. Stryck. c. l.* in more poſitum eſt, ut illa verba: Manu propria, per abbreviaturam, literaſque tranſverſim ductas exprimant, quem certum literarum ductum ſemper retinent, ne facile quis manum imitari poſſit. Ex quo ipſe, *ait*, falſitatem aliquando detectam memini, cum virgo quædam nobilis accuratiſſime Electoris Saxoniæ Joh. Georg. II: manum imitari didiciſſet, & falſa Reſcripta hac ratione edidiſſet, tanta ſimilitudine, ut ipſe Elector Sereniſſimus diverſitatem manus cognoſcere non valeret, niſi quod tandem deprehendiſſet, in ductu linearum nomini ſubjecto peccatum fuiſſe.

§. 5. Adeo autem manu propria facta ſubſcriptio neceſſaria eſt, ut alter pro altero ſubſcribere non poſſit; ita ut vitioſa ſit Mandati ſubſcriptio, ſi ſocius nomen ſocii ſimul ſubſcribat, ſed ab utroque manu propria fieri debet. *Dn. Rivin. c. l. Enunc.* 20. *pag.* 241. ubi Senatus Appellationum ſententia id confirmat. Quod ſi forte ex plauſibili ratione dubitetur, an ſcriptura ſit Principalis & ſigillum alienum ab eo appoſitum, adverſario urgente, demonſtratio injungitur. Atque ita Dni Scabini Lipſ. in Peter Riegels concurſu, ad Prætor. Lipſ. M. Jun. 1682. Und iſt Andreas Lehmanns angegebener Anwald vorhero/anderer geſtalt/ und richtiger dann geſchehen/ ſich zu *legitimiren*, oder daß die auf der *producirten* vollmacht befindliche unterſchrifft/ ſeines *principalen* Hand/ und derſelbe ſich eines frembden Petſchaffts zugebrauchen pflege/ in Sächß. friſt beyzubringen ſchuldig V. R. W. *ap. Dn. Rivin. c. l. enunc.* 18. *pag.* 241. Subſcriptio ergo manu per alium ducta & qs. portata, Mit geführter Hand/ neutiquam pro legitima agnoſcitur. *arg. l.* 21. *l.* 28. §. 1. *C. de Teſtam. Rec. Imp. d. An.* 1512. *Tit.* Von *Teſtam.* §. 7. J. L. 8. §. 17. *ff. d. Tranſact. Dn. Luder Mencke Diſp.* 5. *ad Tit. O. P. S.* 7. §. 5. Atque ſic pronunciaſſe commemorat Supr. Cur. Prov. Lipſ. Term. Rem. A. *1705.*

§. 6.

§. 6. Quod ſi quis literarum plane ignarus ſit, ſcribereque neſciat, non ſufficit præter ſigillum, appoſitio Crucis, aut literarum initialium Nominis & Cognomis. *Dn. Berger. in Elect. ad O. P. S. Tit.* VII. *Obſ.* II. *nota.* 2. *pag.* 237. Sed neceſſe eſt, ut talis literarum imperitus, per Notarium & teſtes, aut coram Judice talem obligationem perficiat. *l.* 28. *C. d. Teſtam. O. P. S. Tit.* 7. §. 3. Quod quidem in *Ordin. Recogn.* ſecundum ſententiam Juris Communis, ita eſt temperatum, modo duo teſtes fuerint adhibiti, verbis: Do einer des Schreibens unerfahren / alſo die vollmacht ſelbſt zu unterſchreiben nicht vermöchte ſoll er ſolches / inhalts der Proceß-Ordnung §. Do auch etc: Durch einen Notarium verrichten laßen / welches dergeſtalt / dafern der Notarius die in denen gemeinen Rechten vorgeſchriebene form in acht genommen / alſo Zween zeugen hierzugezogen / verſtanden werden ſoll. *Dn. Berger. c. l.* Atque ita Dnn. Scabini Lipſ. ſententionarunt M. Mart. 1691. & M. Mart. 1692. An die Fürſtl. Sächßl. Regierung zu Weißenfelß in cauſa Hanß Schröters C. Joachim Schappauen: Daß Bekl. anderer geſtalt / und richtiger / als geſchehen / ſich zu legitimiren ſchuldig. Similiter in cauſa Chriſtian Ludwigs Contra Chriſtoph Liebigern M. April. 1691. An den Amptmann zu Grünnhayn: Daß Bekl. auch nochmahls anderer geſtalt / und beßer den geſchehen / und zwar der geſtalt / daß die vollmacht entweder Gerichtl. ausgefertigt / oder nebſt dem Notario von 2: zeugen unterſchrieben werde / ſich zu legitimiren ſchuldig. V. R. W. Nec non in cauſa Georg Taubenreiſers Contra Chriſtian Tramlern M. Septem. 1693. An den Rath zu Oſchatz apud *Dn. Rivin. c. l. Ex.* 23. An præter Nomen & Cognomen in Subſcriptione addi etiam debeat Patria videbis ex *Jac. Menoch. Conſ.* 575. *n.* 1. *ſeqq.*

§. 7. Chartam blancam abſolutam ſ. generalem exhibere res periculoſa eſt ſcribenti, ob facilem chartæ blancæ abuſum. Id quod ex *Nic. Honthem. lib.* 4. *de Arte Notar. cap.* 11. *n.* 70. *aſſerit Beſold. Theſaur. Pr. voc. Charta planca*: In charta blanca, ſcribens, poſitum ſigillum res periculoſa, & mali exempli, ſuſpicione non carens. Itaque conſultum eſt, ut Reſtricte ac ſpecialiter potius quis chartæ ſubſcribat, quem in finem Charta Blanca data ſit, ne is, cui tradit, ad alios eam uſus impendere poſſit. Hoc ipſum neceſſarium omnino, vel ad minimum valde utile exiſtimat *Dn. Stryk. d. Cautel. Contr. Sect.* 1. *Cap.* 6. §. 12. *pag.* 105.

§. 8. Sola autem Subſcriptio non ſufficit, ſed ſigilli inſuper neceſſaria eſt appoſitio. *O. P. S. Tit.* VII. §. 3. Apud veteres quidem, nuda

Digitized by Google

promiſſa verborumque obligationes pro ſigillorum confirmatione fuerunt. At noſtra ætas ceræ ac ſigni ſui prodiga, cum Tullii matre, quemadmodum ipſe de ea hoc protulit. *Lib. 16. Ep. Fam. ad Tironem 26.* inanes quoque lagenas obſignare videtur. Sigillum quidem per ſe, & materialiter conſideratum, ceu res inanimata, & teſtis, ut jura dicunt, mutus atque incertus, parum vel nihil probat, ſi tamen exprimatur cujus ſit ſigillum, à quo, & ex qua cauſa applicatum, fidem plenam facit. *Covarr. Pr. qu. c. 22 in fin.* Eſt enim, *ſcribit Cicero ad Quintum fratrem*, annulus tuus non ut vas aliquod, ſed tanquam ipſe tu, non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ. Inde forte plus annulis, quam animis hominum credi, conqueritur *Senec. 3. d. Benef. c. 15.*

§. 9. Subſignatum alias dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt: nam veteres Subſignationis verbo pro adſcriptione uti ſolebant dicit Paulus *in l. 39. ff. d. V. S.* Attamen ſi prætermiſſum ſit ſigillum, ejus appoſitio per ſententiam injungitur, ceu factum in S. C. P. L. Term. Luc. Anno 1693. verb. Daß Kläger vor allen Diengen ſich anderer geſtat / und vermittelſt eines von ſeiner *Principal*in beſiegelten *Actorii*, zu *legitimi*ren ſchuldig. eſſe memorat *Dn. Mencke Diſp. ad Proc. 5. §. 5.* Et adhiberi quidem convenit ſigillum inſignia natalitia, Wappen / continens, *Dn. Schwendend. ad Fibig. Proc. pag.* 220. (Ejusmodi inſignia, antiquis jam in uſu fuiſſe, ex Plinio diſcimus, ita enim *Lib. 10. Ep. 16. ad Trajanum*: Signata eſt annulo meo, cujus eſt apoſphragiſma quadriga. Utut alia adhuc ſignorum genera habuerit Plinius *vid. notata ad d. Epiſt. voc. e. Edit. Rotthiana. p.* 721. Sic Seleucum Anchora; Mæcenatem, rana; Pompejum, Leone enſifero; Scipionem Africanum, imagine patris; Lentulum, figura avi; Syllam, Jugurthæ; & Auguſtum, Alexandri imagine pro ſigno uſos fuiſſe teſtis ſatis locuples Romana Hiſtoria eſt, & *Alex. ab Alex. 2. Genial. dier. c. 19.*) Quamvis literæ nominis initiales in eodem ſigno ſimul non appareant, utpote quod nuſquam requiri legimus. Quemadmodum autem Philoſopho turpe eſt aſſerere quid ſine ratione, ita etiam nobis erubeſcendum eſt ſine Lege loqui. *Nov. 18. c. 5.* Sicque cenſuiſſe Supremum Appellationum Senatum Term. hybern. 1698. videre eſt *ap. Dn. Berger. ad O. P. S. Tit.* VII. *Obſ. 2. pag.* 237. *& ap. Dn. Rivin. ad O. P. S. Tit. 7. Ennunc. 21. pag.* 241. Rejici itaque videas ſigillum literas, ſaltem initiales artificioſe cohærentes, Einen Verzogenen Nahmen / repræſentans, ceu docet idem *Dn. Rivin.* ib. addito Dnn. Scabinorum Lipſ. Pronunciato, nec non Dn. *Menckenius Supremam Cur. Prov. Term. Reminiſc.* 1705. ita pronunciaſſe *c. l. adducit.* Idque ſanxit Sereniſſimus

niſſimus Elector Saxon. *in Mandato de dato Dresdæ* 15. *April Ao.* 1696. §. 4. verbis **Keines weges aber / wie eine zeither geſchehen wollen / mit verzogenen Buchſtaben und nahmen beſiegeln ſollen. etc.** Conſuetum autem mercaturæ ſigillum, **Ein handels-Signet**, in Judicio Mercatorio, **Im handels-Gerichte** una cum ſubſcriptione admittitur. Ita pronunciarunt Dni Scabini Lipſ. ad Judicium Mercatorium Lipſ. M. Jun. 1698. in cauſa Joh. Jac. **Schiſlins und** Conſ. contra **David Fleiſchmannen /** tradente *Dn. Rivin. proxime cit. loc. & Dn. Menck. c. l.* ita judicatum eſſe in Supr. *Cur. Prov. Lipſ. Term. Cruc.* 1704. *refert.*

§. 10. Quod ſi quis nullum habeat ſigillum, ſive illud non ad manus ſtatim habeat, ſive eodem plane non inſtructus ſit, ſupplere iſtum poterit defectum per adjectionem verborum: **In Ermangelung meines** / ſive, **eines Petſchaffts** *Dn. Mencke c. l. Dn. Berger c. l. nota.* 1. *Dn. Rivin. c. l. Enunc.* 19. Quæ tamen verba idem quod ſigillum non valent, ſi eorum mentio injiciatur in extenſo chartæ blancæ, & non ipſa ſubſcribentis manu. Uti habetur in *Ordin. Recogn. ap. Dn. Berger.* verbis **Was maßen die vollmachten mit einen Petſchafft bedrucket / und hierzu andere Siegel mit verzogenen buchſtaben nicht gebrauchet werden ſollen / davon iſt in Unſern am** 15. April **des abgewichenen** 1696**ſten Jahres ausgelaßenen** Mandat §. 4. **mit mehrern Meldung geſchehen / iedoch laßen Wir bey der Unterſchrifft / mit des** Principalen **hand verzeichneten / nicht aber in der** Extenſion **des** Blanquets **befindlichen Worte: In mangelung meines Petſchafftes / an ſtatt des Siegels gelten.** Idque ita ſe habere evincere ait *Dn. Mencke ſæpius allegato loco* ſententiam S. C. P. L. Term. Cruc. Ao. 1694. ſæpiusque latam. Nec non *Dn. Rivin. enunc.* 19. ubi multa recenſet Præjudicia & Supremi Appellationum Senatus, & Dnn. Scabinorum tam Lipſienſium quam Wittebergenſium. Rationes hujus rei reddit *Carpz. Dec.* 27. *n.* 10. *ſeqq. ubi hanc materiam tractat.* Ex quibus præcipue arridet illa, quam ponit *n.* 11. Non tam ad ſigillum, *dicens*, quam ipſam ſubſcriptionem reſpexiſſe Electores, de qua ſola providere ac legem ferre ipſis mens fuerit. De cetero illis tantum ſubvenire, qui literas pingere haut callent, ne verbulo juvantes eum, qui ſigillum non habet. Hac etiam ratione ſigillum non habens conſulere ſibi poterit, ſi alieno utatur ſigillo, iſta tamen adhibita declaratione; **Weil ich kein Siegel habe / hat** Sempronius **ſein Siegel aufgedrucket.** *arg. l.* 22. §. 2. *ff. qui teſtamen. fac. poſſ. Menck. c. l.* Ratio eſt: quia tunc mandatum ſigillatum eſt, licet ſigillo non proprio, ſed alieno, cum Sanctio Electoralis abſque determinatione proprii vel alieni ſigilli, indifferenter loquatur. *Carp. cit. dec.* 27. *num.* 12.

§. 11.

Digitized by Google

§. 11. Expediti nunc Juris eſt ad Chartas Blancas privatorum ſ. Singulorum Subſcriptionem atque Sigillationem neceſſario requiri; ſin Univerſitas agat per Syndicum ſuum, Syndicatus Inſtrumentum, Civitatis ſigneto confirmatum ſubſiſtit abſque ulla Subſcriptione. *Carpz. Dec.* 28. *& lib.* 3. *Reſp.* 9. *Brunnem Proc. Civ. Cap.* 1. *n.* 76. *num.* 35. Secus res ſe habet ſi à Collegio, cui nulla competit Jurisdictio, Blancetum ad Syndicatus Inſtrumentum perficiendum, conficiatur, tunc enim à ſingulis collegii membris eſt ſubſcribendum ac ſubſignandum, nec ſufficit, ſi apponatur ſigillum Collegii, & ſubſcribatur à Magiſtris opificum, Von den Ober-Meiſtern oder Ober-Aelteſten vel nomine collectivo: Ober-Vier-und anderen Meiſtern. *Dom. Rivin. ad O. P. S. Tit.* 7. *En.* 36.

§. 12. Principum, Epiſcoporum, Abbatum, Comitum & Baronum ſigilli ſolius appoſitionem ſine ſubſcriptione, Chartæ Blancæ valorem obtinere multi Doctorum ſtatuunt. Et verum id etiam eſt, ſed non abſolute. Siquidem quoad Mandata comitum & Baronum in Curiis Saxonicis id non frequentatur. Oportet enim illa præter ſigilla ſolita etiam eſſe ſubſcripta, vel ab ipſis Comitibus & Baronibus, vel ſi nolint, à Secretariis aliisve ipſorum officialibus, *juxta Mandat. Elect. Sax. Auguſti d, ao.* 1576. rubr. Mandata und Vollmachten. *verſ.* Es mögen aber Graffen und Herren / da ſie ſich nicht ſelbſt unterzeichnen wollen / neben ihren Siegel die Secretarien, oder andere anſehnliche Diener unterſchreiben laßen. *Martin. ad O. P. S. Tit.* 7. §. 3. *n.* 54. *ſeq. pag. m.* 392.

§. 13. Quonam autem Juſtrumento ſubſignatio fieri debet? Magis eſt, ut tantum Annulo quis poſſit ſignare, reſpondet Ulpianus in *l.* 22. §. 5, *ff. Qui teſtam. fac. poſſ.* dum tamen habeat χαρακτῆρα, i. e. formam, inſculptamque ſigni imaginem. Characterem itaque magis conſideramus, quam quod in orbem reflexus annulus eſt. Idque ideo, quia annulus, cum in digito geſtetur, notior eſſe præſumitur. Cæterum ſi quis eo deſtituatur, perinde erit, ſi ſigno quovis alio conſueto utatur. Jura enim de ſignis adhibendis propoſita, nihil præter ſubſignationem requirunt aliud, neque ſolennitatem præciſe aliquam in annulo ponunt. Aſt ſine lege aliquid aſſerere eſt nimis alte volare ſine pennis. Pleroſque etiam hodie videas homines, ornatus tantummodo cauſa geſtare annulos, licet Signatorius, qui ſigillaricius Vopiſco dicitur, annulus, ornamenti appellatione non contineatur, atteſtante Paulo *in l.* 74. *ff. d. V. S.* Quia ſc. multum differt ab eo, qui ordinis equeſtris olim,

olim, ſive nobilitatis, & poſtea ingenuitatis inſigne erat. De quo *Titulus ff. & C. De Jure aureorum annulorum.* Quibus perſonis hodie jus geſtandi annulos competat. *vid. Reformation* guter Policey zu Augsburg. *de ao.* 1530. & 1548. Quid, ſi ſigillum inverſe ſit appoſitum? Non vitiabitur Charta Blanca. *vid. Mevius. Part.* 8. *Dec.* 82, *num.* 3.

Caput VII.

De Fine.

§. 1. **O**mne agens agit propter Finem, & finis eſt qui movet agentem, *ait Baldus in l.* 14. *C, d. Fideicom. arg. l.* 1. *&* 4. *C. d. Hered: inſtit.* Cauſa itaque finalis diligenter eſt inſpicienda. *arg. l.* 39. *ff. d. Furt.* Eum autem in finem Charta Blanca exhibetur, ut illa ſecundum voluntatem atque intentionem ejus, qui dedit, ad id, quo de inter partes conventum eſt, debito modo extendatur. Voluntas ergo potiſſimum eſt inſpicienda *l.* 20. *in pr. &* §. 1. *&* 2. *ff. d. acq. vel om. her. l.* 3. §. 1. *ff. d. O. & A. l.* 39. *ff. d. Furt.* Moderatur ſiquidem intentio quemlibet actum, non aliter quam frænum equos, & gubernaculum navem, ut poſt *Chriſtoph. Beſold. inquit Carpz. Proc. Tit.* 5. *art.* 2. *n.* 9. nec æſtimandi ſunt hominum actus aliunde, quam ex intentione & conſilio agentis. *l.* 11. §. 3. *ff. de minor. l.* 79. *ff. d. R. J.*

§. 2. Quod ſi autem chartam blancam accipiens, contra datam promiſſionem, & intentionem ſubſcribentis & ſigillantis aliquid notaverit, corruit iſtius inſtrumenti valor. Falſum enim eſt Inſtrumentum, in quo præter Intentionem ac voluntatem paciſcentis aliquid ſcriptum eſt, in quod nunquam conſenſit, nec voluit. Neque obligatur exinde, cum omnis obligatio ex voluntate noſtra veniat, h. e. quod quis ſemel voluit, ad hoc præſtandum obligatur. *can.* 17. *cauſ.* 32. *q.* 5. ſecundum illud vulgare: Quod ab initio eſt voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis. Hinc nulla eſt obligatio illius in quod nunquam conſenſum eſt. Omnium enim contractuum baſis atque fundamentum eſt Conſenſus. Pono exemplum. Longum enim iter eſt per præcepta, Breve & efficax per exempla, *aſſerente Seneca.* Exemplis nimirum res magis clara fit & manifeſta. *l.* 3. §. 2. *ff. d. Collat. bon.* Caſus *l.* 5. *Cod. plus val. quod ag.* talis eſt: Pontius, Procuratori ſuo Pilato mandat domus ſuæ locationem; hic vero illam Paulo vendit, atque emptionis inſtrumentum fieri cu

F rat

Digitized by Google

rat, id quod Pontio, mandanti, velut Locationis, quam hic tantum mandaverat, ad ſubſcribendum ſubjicit, qui etiam Mandatario Pilato fidem habens, omniaque credens ex voluntate ſua geſta eſſe, illud non relectum b. f. ſubſcribit. Neutrum contractum conſiſtere, procul dubio eſt. Pontius enim cogitavit de Locatione, & ſic non potuit eſſe venditio: Pilatus autem cogitavit de Emptione, ergo non potuit eſſe locatio. Erronea vero ſubſcriptio, actum non poterit per ſe invalidum, validum reddere. Nihil enim tam contrarium rationi, quam Error, nihil tam alienum à Juſtitia. Nam ſi Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, errantis nullam eſſe voluntatem conſtat, nullum conſenſum. *l. 15. ff. d. Jurisdict.* Quod autem corpus ſine anima eſt, id contractus eſt ſine conſenſu. Bene proinde in *lege noſtra* 5. ab Imperatoribus deciditur: Neutrum contractum (in utroque alterutrius conſenſu deficiente) conſtitiſſe; ut ita Contractu tq. fundamento corruente, inſtrumentum quoque, ut inædificatum corruere neceſſe habuerit, ſecundum Regulam: Sublato Principali tollitur Acceſſorium. *L. 178. π. d. R. J.* L. 26. *C. d. Uſur.* Acceſſorium enim ſequitur naturam ſui Principalis *d. L. 178. ff. d. R. J.* Id quod magis adhuc verum eſt, de Charta Blanca, quando quid illi fuerit ſuperſcriptum, de quo ſubſcribens nunquam cogitaverat.

§. 3. Et ſi ex ejusmodi Obligationis Inſtrumento, aliquis conveniatur, Excipere Reus poterit, Inſtrumentum iſtud chartam blancam fuiſſe, hancque Exceptionem Reus, qui Excipiendo Actor eſt. *L. 1. ff. d. Except.* probare tenetur, & quidem ſi executive actum fuerit, debet ea in continenti eſſe liquida, cum ſit inſtrumentum guarentigiatum, quod paratam ſemper in Saxonia executionem habet. Lands-Ordn *Rubr.* Verſatzt Brief und Siegel. O. P. S. *Tit.* 39. §. Wann aber das Urthel. At cum cauſa in proceſſu ordinario ventilatur, ordinaria quoque probatio locum invenit, e. g. per teſtes, aut per juramenti delationem. *Carpz. Lib.* 3. *Tit.* 5. ℞. 53. ubi hoc aliquando diſceptatum fuiſſe commemorat, & quidem ex eo fundamento, 1) Quia hæc exceptio eſſet famoſa; jam vero in Actionibus famoſis (quibus etiam exceptiones comprehenduntur *L. 1. ff. d. except.*) delationem juramenti locum non habere. 2.) Quia exceptio hæc fraudem ac dolum innueret, cujus probatio luce meridiana clarior eſſe debet. *L. f. C. d. probat.* juramenti autem delatio ſubſidiaria duntaxat, extraordinaria & exorbitans eſſet probatio, imo non tam probatio, quam à probatione relevatio & exoneratio. *L. 30. pr. ff. d. Jurejur.* cum probationis tantum effectum habeat. *L. 11. §. f. ff. d. Jurej.* 3) Quia periculoſiſſimum videtur ſuper

per falſo juramentum deferri, propter metum perjurii, quo non faci. doli ac fraudis inculpatus ad confeſſionem veritatis ſe compelli patitur Quoad primum Diſtinguit *Carpz. c. l. n.* 30. Inter cauſas famoſas, civiliter & criminaliter intentatas, conceditque in Actionibus Criminalibus juramenti delationem locum non habere; negat id autem ſi actio ſit intentata civiliter ad nudam reſtitutionem, quod & *n.* 23. demonſtrat. Ad ſecundum: Quod non ſemper conventus & convictus in cauſa famoſa fiat infamis; ſed multis modis infamiam evitare poſſit, e. g. ſi per procuratorem cauſam agitet. *L.* 6. §. 2. *ff. d. his qui not. infam. n.* 32. Et *n.* 34. juramenti delationem eſſe probationem extraordinariam reſpectu probationis tantum, quæ fit per teſtes & Inſtrumenta, non autem per ſe, ubi vera & legitima eſt probatio. *L.* 12. *C. d. Reb. Cred. & Jurej.* Ad tertium denique reſpondet, ceſſare periculum perjurii, ſi ex cauſa famoſa, actio civiliter ſaltem fuerit intentata, quo de caſu hic ageretur.

§. 4. Sicuti autem per Exceptionem conſulere ſibi Reus poterit, ita etiam tanquam cautelam notabilem, qua chartæ blancæ periculum evitari poſſit, commendat *Sigism. Finckelth. Obſ.* 8. *n.* 18. ut in modum Actionis, ab eo, qui plus ſcriptum, quam actum eſſe, contendit, procedatur contra ſcribentem, ejusque conſcientiæ committatur illud factum, quod in Inſtrumentum perſcriptum eſt. Sic enim chartæ blancæ periculum evitari poſſe. Meminit etiam in Curia Provinciali ita inſtitutam fuiſſe Actionem Anno 1630. termino Luciæ à J. R. Vidua & heredibus, Contra N. N. hoc tenore: P. P. Deßen unbetrachtet hat Beklagter ſich unterſtanden / uff ein Blancket / ſo Kläger Vater und reſpective Ehwirth / ihme zu einer Vollmacht wieder N. zu einbringung einer anſehnlichen ſchuld / ſo Kläger Vater aus N. Erbſchafft herrührend / bey N. zufodern gehabt / geſetzet / als hätte Kläger Vater / Ihm 1000. fl. vor ſeine bemühung / ſolche ſchuld einzubringen / zugeſagt / und verwilliget / daß Bekl. uff 1000 fl. jährlich intereſſe vor ſich innen behalten / und bey ablegung des Capitals, die vor ſeine bemühung zugeſagte 1000 fl. abziehen / und in ſeinen Nutzen wenden ſolle; und obwohl Kläger von Beklagten / keiner verneinlichen antwort ſich verſiehet: auf den fall aber / und da er Litem negative conteſtiren würde / will Kläger die Klage / von den §. Deßen unbetrachtet &c. uſque ad verſ. und in ſeinen Nutzen wenden ſolle / incluſive, in ſein Chriſtlich Gewißen / Wißenſchafft und Wohlbewuſt geſtellet haben / des vertrauens zum Rechten / er ſey daßelbe darauf zueröfnen ſchuldig. Inque hac cauſa Reo reſponſionem ad prædictum libellum à Judice Ap-

Caput I I X.

De Effectu.

§. 1. Ordo nunc poſtulat, ut de Chartæ Blancæ Effectu diſſeramus, qui in eo conſiſtit, ut is qui nomen ſuum in charta vacua ſcribit, ſigillumque ſuum apponit, obligetur. Quia ſcripturæ ſubſcribens & ſigillans, fateri eam & comprobare cenſetur, adeoque non minus, ac ſi ipſemet totam ſcripſiſſet & conſenſiſſet tenetur. *pr. J. de Emt. & Vend. verſ. in iis autem. L.* 1. *§.* 1. *ff. d. Conſt. Priva. L.* 6. *§.* 1. *ff. d. Edendo. L.* 20. *§.* 1. *ff. d. Teſtam. Milit. cap.* 2. *X. de Fid. Inſtrum. L.* 26. *§.* 1. *ff. d. Pign. & Hypoth.* Conſignatio enim & Subſcriptio conſenſum & obligationem inducit. *L.* 8. *§.* 15. *ff. quib. mod. pign. vel hyp. Solv.* Quoniam ex quo ſcribens & ſigillans inſpiciendi cognoſcendique habuit facultatem, cognoviſſe etiam atque approbaſſe præſumitur, quæ in iſto Inſtrumento continentur. *L.* 2. *§.* 5. *ff. Teſtam. quem. aper.* adeoque conſenſiſſe cenſetur, ſibique non ſecus, ac ſi ipſe Inſtrumentum conſcriptum præjudicat. *Finckelth. O.* 8. *n.* 7. Non enim niſi intolerabilis allegatio propriæ ignorantiæ eſt, ſi quis id, quod ſcire debuit, vel per ſe, vel per alium non perquiſivit. *arg. L.* 15. *C. d. Reſc. vend.* Neque huic refragatur L. *f. C. plus val. quod agitur.* ubi Inſtrumentum ſubſcribens & non relegens non obligatur. Senſus enim Legis eſt: quod Subſcriptio non noceat, ſi error probetur; antequam autem ille probatur, inſtrumento ſtabitur. *L.* 2. *C. plus val. quod ag. L.* 18. *C. d. Probat.* Neque porro impedit: quod ignorans non conſentiat: *L.* 8. *§.* 1. *ff. d. Procur. L.* 10. *C. d. Donat. L.* 2. *C. d. Reb. alien. non alien.* At vero Chartam Blancam tradens, poſteaque ſubſecutæ Scripturæ tenorem non videns, non inſpiciens, non legens, cum ignoret, quid ſcriptum ibidem ſit, uti nec conſenſiſſe, ita nec obligatus eſſe dici queat. Sed hæc Regula hic non procedit, quia nimis craſſa & ſupina ignorantia eſt, dum quis manum præbuit, ſigillumque dedit. Quid? quod ignorantiæ Exceptio locum non inveniat in Proceſſu Executivo, ubi nulla alia quam Solutionis & Compenſationis admittitur. *O. P. S. Tit.* 39. *§.* Wann aber das Urthel. Neque ullum movet ſcrupulum, quod metus Falſi ſubſit; ſiquidem Falſi crimen non præſumitur. *arg. L.* 51. *ff. pro Soc.* cum in meliorem partem omnia ſint inter-

F 3 præ-

Digitized by Google

pretanda. *cap.* 2. *X. d. R. J.* Sed probandum eſt. Nec quicquam denique operatur, quod in omni facto, non ipſum factum, ſed animus atque voluntas facientis inſpici debeat. L. 20. *pr.* §. 1. *&* 2. *ff. d. acquir. hered.* L. 3. §. 1. *&* 2. *ff. d. O. & A.* L. 39. *ff. d. Furt.* Atqui is, qui chartam blancam exhibuit non poteſt certus eſſe de iis, quæ ab alio ex poſt facto, chartæ iſti inſeruntur, ſed ad minimum dubitat, dubitantis autem nullus conſenſus eſt, nulla voluntas. L. *f. C. d. Condict. indeb.* L. 2. C. *quis ord. in poſſ.* & dehinc obligationem ceſſare. Verum enim vero, dum quis chartam ſuam blancam alterius ſcriptione repleri patitur, conſenſum etiam ſuum ad contenta præbuiſſe creditur, quia patientia talis pro voluntate eſt L. 28. *ff. d. V. S.* Latius his objectionibus reſpondet *Sigiſm. Finckelth.* *Obſ.* 8.

§. 2. Cum jam expeditum ſit Subſcribentem ex Subſcriptione ſua obligari, requiritur amplius, ut ſi ea in Judicio contra illum producatur, illam ſcriptionem & ſubſignationem recognoſcat. *O. P. S. Tit.* 24. §. Wenn auch gleich Inſtrumentis enim contra aliquem productis fides non eſt habenda, antequam hæc modo debito fuerint ab eo recognita, nec enim facit ſola ſcriptura privata contra ſcribentem plenam fidem *l.* 11. C. *qui pot. in pign. l.* 13. 14. C. *de probat. c.* 2. *x. d. fid. inſtrum.* Sed Recognitio neceſſaria eſt. *L.* 15. §. 1. *ff. d. Reb. aut. Jud. poſſ.* quæ confeſſionis vim habet, cui omnino ſtandum. *l.* 25. § *f. ff. d. Probat.* Sin autem debitor, contra quem Inſtrumentum producitur, neget Scripturam, aut recognoſcere nolit, ex inveterata fori Saxonici conſuetudine, mediante jurejurando, diffiteri illud tenetur. *O. P. S. Tit.* 25. §. Weil es auch in den Gerichten. Manum autem & ſigillum recognoſcens, ad diffeſſionem contentorum regulariter non admittitur. *vid. Dn. Rivin. ad O. P. S. Tit.* 25. *En.* 24. *pag.* 984. ubi multis id confirmat præjudiciis. *Dn. Berger Diſp.* 44. §. 27. *pag.* 1400. Sed hæc exceptio ad ſeparatam ventilationem Zur abſonderlichen ausführung / in Reconventionem remittitur; niſi veriſimiliter conſtet chartam blancam contra intentionem ſubſcribentis extenſam fuiſſe *Dn. Rivin. c. l. En.* 25. modo non pro producente præſumtio fortior ſit, ei in hunc finem, ut fiat ejusmodi extenſio, chartam blancam datam eſſe. *id. ib. pag.* 986. *ubi Dnn. Scabinorum Lipſ. Reſponſum adducit*; vel ſi producens eſt ſubleſtæ fidei aut productus haut leves allegat cauſas, ex quibus falſum probabiliter colligitur. *id. En.* 26. *pag.* 988. ubi, cum Banciruptor coram Prætorio Lipſ. recognoviſſet literas cambiales, & compenſationem ex aliis cambialibus, quas ſibi ab actore datas, dicebat, prætenderet,

actor

actor ad diffeſſionem admittebatur. Alium adhuc ſuppeditat caſum *ibid. quem & Dn. Berger. cit. Diſp. refert.* Præſtita autem jurata diffeſſione, tunc quemadmodum Recognitio eſt loco Litis conteſtationis affirmativæ, confeſſionisque vim habet. *Carpz. P.* 1. *C.* 17. *def.* 12. ita facta diffeſſione Inſtrumentum nihil probat, habet enim effectum Litis conteſtationis negativæ, qua facta, reus abſolvitur, propterea, quod nihil actor probaverit. *arg.* §. 4. *J. d. Interd. l.* 2. *C. d. Probat. Dn. Berger. c. diſp.* §. 34. *pag.* 1405.

§. 3. Recognitione autem facta in Proceſſibus Executivis ſtatim ſubſequitur Executio. *O. P. S. Tit.* 24. *in fin.* Quod adeo verum eſt, ut etiam charta blanca, quæ à debitore quidem ſubſcripta & ſigillata, ab alio vero conſcripta eſt, liquidum ſit ad decernendam Executionem Inſtrumentum. Subſcriptio enim nominis & Sigilli appoſitio conſenſum & obligationem inducunt. *l.* 8. §. 15. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* Executionem ergo nihil moratur, niſi exceptio Solutionis, aut compenſationis intra terminum executionis liquidæ. O. P. *S. Tit.* 39. §. Wann aberdas urthel. *Carpz. Proc. Tit.* 22. *Art.* 1. *num.* 40. *ſeqq. id. lib.* 5. *Tit.* 1. *Reſp.* 3. *n.* 13. *&* P. 1. *Conſt.* 17. *def.* 42. *Coler. d. Proceſſ. execut.* P. 3. *cap.* 1. *n.* 122. *Stryk. d. Cautel. Contr' Sect.* 1. *cap.* 6. §. 12. *pag.* 105. *Berger. Diſp.* 45. §. 45. *p.* 1440. Iſto tamen juris Saxonici rigore nemini infertur injuria. Remedia enim Actoris falſitatem & dolum detegendi, ſi forte contra datam promiſſionem & intentionem Rei in charta blanca ſubſcripta & ſigillata quid notaverit, non denegantur & auferuntur, ſed ſaltem differuntur. Poſt finitam ſc. executionem paratam, liberrima Reo Actoris dolum arguendi conceditur facultas. Audiendus enim omnino eſt in Reconventione *Carpz. c. def.* 42. *n.* 9. *ſeqq.*

§. 4. Poſſunt tamen Caſus exiſtere, quæ paratam executionem impedire valent, quando nimirum contrariæ & fortiores falſitatis apparent præſumtiones. e. g. ſi in continenti Reus ſive Debitor probet, Creditorem vel actorem chartam blancam à ſe ſubſcriptam & ſigillatam in manibus habuiſſe, vel ipſemet hoc confiteatur: Aut ſi creditor ſit homo levis, in quem ſuſpicio falſi cadit; aut ſi inimicitiam cum debitore alverit. Ejuſmodi præſumtiones Reus conventus ſi probet, vel quæſtio falſi terminanda, vel ipſemet ad diffeſſionem juratam contentorum (quod tamen regulariter non fit *vid. ſupra cit. Dn. Rivin, ad* O. P. *S. Tit.* 25. *en.* 24) admittendus erit, priusquam parata decernatur executio. *Carpz. Proc.* Tit. 22. *a.* 1. *n.* 45. *ſeqq.*

§. 5. Caute porro Creditor procedere debet, ne præter intentionem atque

atque voluntatem debitoris chartam blancam extendat, intentionem alias ſuam non obtinebit. Caveat itaque generalia debitoris verba, ad caſus, qui ſpecialiſſima voluntatis egent declaratione, ne extendat. Sic *Dn. Stryck. d. Cautel. Contr. Sect. 2. cap.* 1. §. 40. *pag.* 154. Facultati Francofurtanæ ad Viadrum, talem aliquando oblatum fuiſſe caſum, meminit, ubi debitor creditori chartam blancam tranſmiſerat, additis Literis: Liberum relinqui creditori in hac charta blanca obligationem tanto rigore conſcribendi, quanto id fuerit viſum, Er möchte auf den kommendes Blanquet die Obligation ſo ſcharff aufſſetzen / als er immer wolte: Creditor vero inſcio debitore poſtea facultatem arreſtandi debitorem in quocunque loco obligationi inſeruerat. Hæc itaque verba deſideratum producere effectum non poterant. Quia tales clauſulæ, utut aliquando in Obligationibus reperiantur, inſolitæ tamen ſunt, in quas conſenſiſſe debitor non præſumendus. Ut ea propter magis abundet illa cautela, quam utilis ſit.

§. 6. Egimus hactenus de iis Chartis Blancis, quæ obligationum extendendarum gratia fuerunt exhibitæ; videamus nunc de illis, quæ exhibentur à parte, ut mandatum procuratorium illis ſuperſcribatur, quoſque ejuſmodi charta blanca effectus producat conſiderabimus. In vulgus enim notum eſt, neminem in judicio alterius nomine agere poſſe, niſi ſufficiente ad id mandato inſtructus accedat. *Ord. Proc. Sax. Tit. VII. in pr. Reſol. Gr.* §. und wie wohlauch Zum Seiben Zehenden *&c.* cum autem perſonæ non ſemper ejus ſint capacitatis, ut talismodi procuratorium mandatum, cum clauſulis ſuis utilibus & neceſſariis ipſi exarare calleant; Procuratori exinde melioris commoditatis gratia chartam blancam exhibere ſolent, cui ipſe debito modo mandatum inſcribat. Hinc quæſtio nata; An Procurator Chartam Blancam in Judicio mandati loco producere poſſit? Et an ejus loco ſufficiat? Primo quidem intuitu parum intereſſe videri poſſet, cum à mandatario ſuppleri facili queat negotio; attamen cum Falſitatis ſubſit ſuſpicio, Sereniſſimo Saxoniæ Nomothetæ abrogare illud, atque interdicere ſeveriſſime viſum eſt *in Ordin. Appellat. Chriſtiani II. d. a.* 1605. *Tit.* Ordnung wegen des verſetzens. Mit *litera B.* §. Demnach ſich auch. *&c. pag.* C. S. 862. *verba ita habent:* Demnach ſich auch die *Advocaten* und Anwälde im eingange der Geſätze öfſters auf ihre *Mandata referiren*, dieſelben aber noch nicht auf die ihnen überſchickte Planckel geſtellet haben / ſich auch manchmahl in ihren Sätzen auf Urkunden / als würden ſie *producirt*, und mit eingelegt ziehen etc. *& porro:* Die *Advocaten*

ceten ſollen auch offtmahls nur die bloſſen uberſchickten Plancket an ſtatt der Volmachten in Sätzen *Produciren*. Dieweil aber dieſſ ein gantz gefährlich thun / ſintemahl ein ſolch Plancket leichtlich von den *Acten* kommen / und zu andern Sachen (wie man wohl erfahren hat) böſslichen gebraucht werden kan / ſo ſoll dieſes bey Straff abgeſchafft und verboten ſeyn. Quin etſi quis verbis expreſſis in ſubſcriptione ſubjecerit, hoc eſſe mandatum in tali vel tali cauſa, neutiquam tamen valebit, quoniam Falſitatis ſuſpicio per id non removetur. *Carpz. P.* 1. C. 1. *d.* 28. *it. Proc. Tit.* 5. *art.* 1. *num.* 110. *ſeqq. Martin. ad O. P. S. Tit.* 7. §. 3. *n.* 57. *ſeqq. pag.* 393. *Illuſtris Dn. Jac. Born ad Univerſ. jus Iudic. Cam. & Sax. Diſp.* 1. *Theſ.* 17. *Lit. A. Dn. Berger. Diſp.* 45. §. 46. *Dn. Rivin. Specim. Except. Forenſ. Cap.* 7. *n.* 5. *pag.* 47. Ubi talem excipiendi præſcribit formulam: Bekl. befindet / daß ſich / im Nahmen Sempronii, Cajus angegeben / auch zu dem Ende ein vermeintes Mandat produciren wollen / dieweil aber darinnen weder die Sache / zu welcher ſolche vollmacht auſgeſtellet / noch des Richters / vor welchem die ſache anhängig ſeyn ſolte gedacht / auch die clauſula rati ac grati auſſengelaßen / daßelbe ferner auf Erben und Erbnehmen nicht eingerichtet / etc. Als träget Beklr. billig bedencken / ſich mit dem angegebenen Gevollmächtigten einzulaßen / und wie nun dieſer in die geordnete ſtraffe billig zuvertheilen; Alſo bittet Bekl. ſeines Orths um Entbindung ab hac inſtantia cum refuſione Expenſarum, Eventualiter &c. Quod ſi ita excipiatur, pronunciari ſolet: Daß Kläger ſich anderer Geſtalt und mit einen richtig extendirten Mandat zu legitimiren ſchuldig.

§. 7. Quid vero, ſi Mandatarius ad ejuſmodi Blancetum Executionem impetraverit, aliumve actum adverſario etiam præjudicialem in judicio exercuerit, poſteaque ſciente & conſentiente Domino, tale Blanquetum compleverit, integrumque mandatum cum ſuis clauſulis in eo ſcripſerit, an actus propter defectum mandati ex capite Nullitatis impugnari poterit? Negatur. *Carpz. Proc. Tit.* 5. *art.* 1. *num.* 112. *Martin. c. l. n.* 59. ubi ſubjicit Præjudicium. *Lauterbach.* quidem in *Diſſ. Acad. de Syndic. th.* 78. hanc Limitationem veritati juris convenire negat: Et certe, Principio malo inchoata non convaleſcunt, quamvis ad eum caſum deveniant, à quo vere poſſent incipi. *Cap.* 29. x. *de Elect. l.* 29. *ff. d. R. I.* Sed Reſpondemus cum Ulpiano in *l.* 12. §. 1. *ff. qui & à quib. manum. lib. non fi.* Quanquam quidem hoc perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt. Obſervantia enim forenſis, non minus quam ea, quæ ſcripta ſunt jura, ſervanda. *l.* 35. *ff. d. ll.*

G §. 8.

§. 8 Quoniam ergo charta blanca pro mandato non ſufficit, extenſum in judicium afferat Mandatum, procurator neceſſe eſt. Quæritur autem; An Procurator Blancetum prolubitu poſſit extendere, & neſcio quas non cauſas illi inſerere? Et poteſt ſane, ſi Blancetum ſimpliciter à litigantibus fuerit ſubſcriptum, & admittendus cum eo in judicio, nec aliter ſuam legitimare perſonam neceſſum habet. Quantumvis itaque Procurator facultatem reaſſumendi litem, de rato cavendi, documenta recognoſcendi, juramenta de- & referendi, ſubſtituendi, ſubſtitutionem toties quoties revocandi, aliosque maxime præjudiciales, ſpecialiſſimumque mandatum requirentes actus inſeruerit, quin tamen pro ſufficiente ac legitimo mandato id haberi debeat, non ambigendum. Ex ſimplici namque ſubſcriptione conſentire videtur mandans in omnia, quæ procurator chartæ Blancæ inſcribere velit aut poſſit, adeoque etiam mandatum ei ita extendendi poteſtatem concedere, prout perſonam ſuam per id ſufficienter ad omnes Judicii & Proceſſus intentati actus legitimatam exiſtimaverit. Quia ſubſcriptio generalis, generalem inducit conſenſum & approbationem. *l.* 8. §. 15. *ff. quib. mod. pign. vel hyp. Solv. Carpz. P.* 3. *Dec.* 237. *num.* 9. *ſeqq.* Fruſtra proinde conqueritur poſtea generaliter ſubſcribens chartam blancam ad transactionem extenſam eſſe, cum imputare ſibi debeat, quod reſtricta ſubſcriptione ſibi haut proſpexerit. *l.* 6. §. 1. *ff. d. edend.* Ita pronunciatum in Supr. Cur. Prov. Lipſ. Term. Trin. An. 1704. atteſtatur *Dn. Menck. ad Proc. Jur. Comm. & Saxon. Diſp.* 5. *ad Tit. O. P. S.* 7. §. 7. Quando enim Chartæ Blancæ ſubſcriptio ad certum aliquem actum eſt reſtricta, e. g. ad procedendum, zum Verfahren / nequaquam perſonam ſuam legitimabit mandatarius ſufficienter, ſi alios actus, de quibus probabiliter non cogitaverat mandans, inſperſerit. Proceſſum ergo reaſſumere non poteſt, adjecta enim id non admittit limitatio. Et quamvis deſuper de rato velit cauere, nec ſic audiendus eſt, eandem ob rationem, ut maxime Procurator tenorem ad Reaſſumendum vel de Rato cavendum extenderit. *Carpz.* P. 3. *Dec.* 237. *it. Lib.* 5. *Tit.* 1. *Reſp.* 3. *num.* 16. 17. *it. Proc. Tit.* 5. *Art.* 2. *num.* 6. *ſeqq.*

§. 9. Charta Blanca denique deſideratum non ſortitur effectum, ſi non ſufficienter fuerit ſubſcripta. Utputa ſi plures ſint litis conſortes, atque ad unum reſtricta ſit Chartæ Blancæ, poſtea extenſæ, ſubſcriptio. Mandatarius enim contra reliquos etiam legitimationem exhibere jubetur. Itaque Syndico Sich mit einen wieder den Intervenienten eingerichteten Syndicat zu legitimiren injunctum à Facult. Jurid. Lipſ.

Lipſ. Menſ. Mart. 1705. ap *Dn. Menk. ad Proc. Jur. Comm. & Sax. Diſp.* 5. *ad. Ord. Proc, Sax.* Tit. VII. §. 5.

Caput IX.

De Contrariis & Affinibus.

§. 1. Contrariorum atque Cognatorum mentio adhuc reſtat. Chartæ itaque Blancæ opponitur, charta in qua literæ exaratæ reperiuntur. Hinc Charta Blanca amplius appellari haut poterit, quæ extenſa eſt. Quanquam proprie dicendo, nec illa charta, blanca ſit ſive vacua, cui nomen eſt ſubſcriptum, habito ſc. reſpectu ad ſubſcriptionem, ratione Inſcriptionis autem ſive extenſionis blanca ſ. vacua eſt, quoniam in ea id, quo de inter partes conventum eſt, non continetur.

§. 2. Inter Cognata ſive Affinia Chartarum Blancarum referimus merito iſtas obligationes, quæ iſta, quæ in definitione noſtra poſuimus, requiſita, non habent, nominis ſc. ſubſcriptionem ſigillique appoſitionem, quales ſunt eæ, quarum mentionem fecimus *Cap.* VI. §. 11. quæ à Civitate dantur, ſoloque civitatis munitæ ſigillo ſunt, nulla ſubſcriptione adjecta. Quo & ſpectant, quæ ex ſententia Exauctorationis Wenceslai adduximus in *Cap.* VII. §. 5. *verb.* membranas Majeſtatis ſuæ ſigillo munitas. Annumerari quoque poſſunt Literæ Commendatitiæ, quales extant in *l.* 12. §. 12. *ff. Mand. Rogo te, commendatum habeas Sextilium Creſcentem, amicum meum.* Quæ quidem Commendantem non obligant, cum generaliter ſint conceptæ *d. l.* 12. §. 12. quod ſecus eſt, ſi quis ſpecialiter commendatus ſit, tunc enim commendans obligabitur *d. l.* 12. §. 13. præcipue inter Mercatores *Dec. El.* 42. *Carpz. P.* 2. *Conſt.* 18. *def. ult.* Nec non Literæ Fiduciales ſ. Credentiales Credenz-Schreiben / quæ conceduntur, ut fides afferenti eas in negotiis habeatur commiſſis, & ſcribentem concernentibus. D. *Mencke. ad. Tit. ff. Mandati vel contra: fol.* 232.

Subſiſto hic, & complico, ut ſic dicam, Diſſertationis meæ vela, atque reliqua, quæ hanc materiam ſpectant,

- - - Spatiis excluſus iniquis

G 2 *Præ-*

Prætereo, atque aliis melius memoranda relinquo.
More interea ſolito, manibus ad Deum, unde & Mundi totius elementa proceſſerunt, & rerum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt L. 1. *pr.* C. *de Vet. Jur. Enucl.* erectis, quocum rem aggreſſi ſumus, & tandem confecimus, L. 3. *pr.* C. *eod. Tit.* debitas illi pro conceſſis viribus perſolvimus grates.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE